



UVA. BHSC. IyR_249

BIBLIOTECA

DE LA UNIVERSIDAD DE VALLADOLID.

Estante n.^o *tot*

Tabla *1*

Número *4528*

1800
enibus istis:

UVA. BHSC. IyR_249

249
T

UVA. BHSC. IyR_249

D. 4.
de alana
GVIMVN=

DI ARCHIEPISCOPI AVERSA-
ni de ueritate Corporis & Sanguinis Chri-
sti in Eucharistia, tres insignis eruditionis
libri, uetus, sed iam primum propter in-
grassantes passim Sacramentorum
euersores in lucem æditi.

APVD FRIBVRGVM
BRISGAVDIAE.

Coll. de S. Amb. de la
Compagnie de Jesus
de La Libreria
UVA. BHSC. IyR 249

TV MEA CHRISTE SALVS.

REVEREN-

DISS. IN CHRISTO PATRI, AC
Illustriss. Principi, D. Conrado Her bipolaris Eccle-
siae Episcopo dignissimo, & Orientalis Francie Du-
ci, Augustinus Marius electus & uocatus eiusdē Her-
bipoli. Cathedralis Eccl'æ à Concionibus, sese com-
mendat, & ut Patri, unice deuouet.



P P O S I T E cum primis,
atq; prudēter uetustissimus ille
Ethnicorum uates Homerus,
Priamū, filio, qui sibi patriæq;
unicum erat asylum, noueran-
tis fortunæ iniquitate erepto,
in suprema etiā infelicitate ani-
mum haudquaquam facit deiūcere, dum ait : ἀλλ᾽ Εἰ
τις οὐδὲ εὔοί θεῷ πιερέσχεθε χερα. Hoc est,
Etiamnum deorum quispiam manum mihi porrigit
lapso: Itidem Praeful Reuerendiss. ac Princeps optime
mihi iam pridem usuuenit, dum paribus iactor procel-
lis, ut spem meam unicam, Dauidis hortatu, omnemq;
cogitatum in dominum conijcerem. Ex quo, & si saepe
aliás, paucos tamen ante menses expertus sum quām
cumulatissime, mihi non tantum corporeæ uitæ subsi-

6 2 dia,

dia, sed & mentis delitias euenisse summas. Nā cū nō
cōstat, quātis aduersæ fortunæ, et fati fermē deplorati
incursibus, sacramentaria illa furia me nup inuaserit?
& quum ex celeberrima Basiliensium urbe & acade-
mia (dum illic plus ualeret multorum, non uerorum ci-
uium, sed insititorum hominum insanis, quām inclytis
Magistratus prudentia) merito abierim: Et quū modo
Reuerendiss. eiusdem urbis Präfulem, Canonicosq; di-
gnissimos, unā cum toto suo clero, subito omnibus abo-
litis sacris, Oecolampadianum pestilēs uirus ingras-
sans, ad id adegerit, ut unā oēs aliō migrandi medita-
tionē suscipere sint coacti. Vnde de me actū penitus iu-
dicasse, nisi sacræ literæ, quarum præconio iam an-
nos non paucos deditus fui, contra peruersissimas no-
stri seculi hæreses me subleuassent, ut sperarim constā-
tiſſime gratam breui superuenturam horam, Nimirū
cogitatum meum iactavi in dominum deum meū, eiq;
totum denuo me deuoui, Confidentiq; animo dixi: Tu
mea Christe salus: en euestigio, Princeps ornatisſime,
inferiora illa relinquens, & in unica (Christo) mea sa-
lute suffugium querēs, obruor diuinæ benignitatis cu-
mulo. Nam R.T.P. me hominem inuisum, inauditū,
& si non penitus inuocatum (quum etiam fuerim peti-
tus aliās) non modo quæsuit colligere, sed & protec-
onis suæ alis obtegere, Ita, ut tibi futurus à ministerijs,
& Ecclesiæ & concionibus, gratijs quibus polles,
& conditionibus quām munificentiss. oblatis, penitus
turbinem

turbanem illam stygiā euaserim. Quod ut felici omne
ceptum arbitror, feliciorē finē habiturū non dif-
fido. Plurima nēpē sunt, quæ p̄esagūt animo meo
utriq; nostrum hanc nostram conuentionem profutu-
ram, peculiariq; dei prouidentia adoratam, sed ex te
teste, in primo nostro congressu ita omnia acta diuini-
tus mihi persuadeo. Sed hæc hactenus. Offerebatur
mihi nuper Basileæ adhuc nauim Christi prora pup-
piq; illisam, ancora diuini eloquij retinēti, libellus qdā
doctus ex elegans, à docto certe ex erudito uiro magi-
stro Matthia Ster, monasterij in Mansminster paro-
cho, quem Rustica furia coenobium Marpachense de-
uastante, in puteum demerserat, cū plurimis alijs eius-
dem loci bibliothecæ libris nobilissimis, ex qui casu in
uiri manus incidens, ut aliquando in publicum prodi-
ret nō indignus est iudicatus. Qd̄ pcul dubio fuissest fa-
ctū, si per concitatum Basileæ tumultū ab eo non fuisse
sem p̄epeditus negocio. Quum igitur tum commode
fieri nequierit, sed Friburgum Brisgoicum ueniens,
penitus contemplarer phrasim ex energiam auctoris,
omnino magistro Matthiae subscripsi, atq; curaui, ut
eo edito commonstretur, quidnam sacramentaria illa
lues, ex uertiginosa opinio, denegatæ p̄esentie cor-
poris ex sanguinis Christi in Eucharistia, missamq;
non esse sacrificium assertio, non nostro tantū seculo,
sed ante aliquot seculorum centurias attentarit, et
quomodo frustra iactet cœca illa lāpus, spretis mater-

nis, diuæ scilicet Birgittæ, reuelationibus, nouo spiritu
tus sancti suffusam se lumine: Utq; uideat lector Chris-
tianus Berengario, à quo id ueneni in has uiperas æui
nostræ defluxit, ante quadringentos & aliquot annos,
domini scilicet Millesimo sexagesimo, sub tertio Hen-
rico Imperatore, idem cōtigisse suis etiam tum tempo-
ribus, ut suos habuerit antagonistas, quod his nostris
uespis accidit, quos ab ara dominici sacrificij, uiri ho-
die quam plurimi uerbi diuini flabro lögissime abigūt.
Agentibus igitur nobis Friburgi, & accinctis itineri,
Herbipolim à T. R. P. uocatis, omnino placuit sic no-
strum maturare iter, ut tamen prius prelo ipse submit-
teretur G V I M V N D V S , quo comite, auspica-
tius testa T. R. P. essem subiturus. Qui profecto uir
unicus, & ipse monasticus, his paulo minor fuit, si uel
non unus talium, quos Christus emissurus, primo solū
in Iudeam ante suam mortem, sed post resurrectionē
in uniuersum orbem, non Oecolampadios, sed Cosmo-
lampadios, non, inquam, unius domus, regionis aut na-
tionis, sed totius mundi lumina esse uoluit, quū in mon-
te inquit: Vos estis lux mundi: Archiepiscopus ex Be-
nedictini instituti Monacho factus, omnibus ætatis no-
stre & Birgitanæ, & quarumuis aliarum religionū
exiticijs desertoribus ostendens, & ob oculos ponēs,
quali agantur spiritu, etiam Lutherò Archiepiscopo
eorum neglecto, in perditissima illa, & abominabili hæ-
resi, quam & Lutherus emphatice quasi, uocat sacra-
mentariam

mentariam, quum tam sit peruicax, ut eius authores
audeant totū fermē mundo non tantum persuadere, ut
ex naturali uerborum Christi sensu, tropicum eliciat,
sed & in uocula, Sacramenti, etiam doctissimis conen-
tur imponere. Sed habemus hunc nostrum Guimun-
dum administrantem nobis tela, quibus feras illas uel
facillima uenatione confodiamus omnes. Habemus &
huius uite & alios synchronos, symmystes, & in eo nego-
cio fidissimos synergos, Rogerium, cum quo hic noster
colloquitur: Lanfrancum, quem Ioannes Sichardus,
homo eruendis uetustis authoribus haud iudicēs, nu-
per cum Philastrio prodidit: & Algerum Corbeien-
sis cœnobij in Saxonia monachum, quem & Io. Iulia-
ensis Typographus ē situ & squallore erutum prope
diem est in lucem redditurus. Nos tamen ut ingenuis
quod sentimus fateamur, primas & eminētiam nostro
G V I M V N D O asserendam pronunciamus. Sed
receptui cano, & me Tūc Reuerend. P. commendo
cui & ex animo deuotum spero me fore mancipium,
& in fide defendenda catholica indefessum, ob quod
me uocasti, pugilem. Datum XXV. Maij.

Anno 1529.

6 4

GVIMVNDI VITA EX
Ioanne Tritemio.

Gvimundus Archiepiscopus Auersanus, ex mo-
nacho cœnobij de cruce, sancti Leufredi, ordi-
nis sacratissimi patris Benedicti, vir in diuinis scriptu-
ris studiosus, & ualde peritus, secularium quoq; lite-
rarum non ignarus, scripsit ad Rogerium monachum
contra errores Berengarij Thuronensis de Corpore
& Sanguine domini libros tres. Ad rem his tempori-
bus. Et quedam alia nobis inuisa. Claruit sub Henrico
Imperatore tertio, anno Domini M. LX.

GVIMVN DI ARCHIEPISCOPI
Auersani de Corporis & Sanguinis Christi
in Eucharistia ueritate liber primum, In
ter locutoribus ipso Guimundo & Ro
gerio, Benedictini instituti cofra
tribus. GVIMVN DVS.



D rem his temporibus
necessariam quidē, sed
meliori, quam ego sum
iniungendam, dilectissi
me frater Rogeri me uo
cas, scilicet, ut de uerita
te dominici corporis, &
quæstiones huius tēporis differam, ac Be
rengarij Turonēsis nugas, pro meo captu
scribendo refellam. Sed quanuis ad alias
animæ utilitates me uoluntas, imò necessi
tas mea ducat, tuis tamen desiderijs & pre
cibus, quem mihi ualde charum intueor,
deesse nō possū, cū & nouerim cōi cōmo
do religiosam deseruire petitionē tuā. Tu
uero hoc unum exolueris quæso, quod in
hac re obedienti certe debes, ut orando p
pensius dominum mihi subuenire nō cess
a s ses. In

GVIM VNDI CONTRA
ses. In manu quippe eius sumus & nos, &
sermōes nostri. R O G E R I V S. Omnino
quod postulabas æquissimum est, nec de
tantis sacramentis nisi comitātibus semp
precibus disputarilicet. Proinde adiuuāte
domino ita fiet. Tu uero hunc mihi obse
cro morem gere, ut meis obiectiōibus aus
ditis, quęcunq; insuper, seu ex ipsius Berē
garij libris, seu ex multorum interrogatio
nibus, quibus de hac re multoties interro
gatus es, seu ex te ipso iure tibi opponi pos
se perpenderis, nō reticescas. G V I M V N.
Quę mihi super his sacramentis, et quęad
modum coram deo conscientia loquitur,
quantum satis esse uidebitur, iuuante do
mino propalabo. Sed ut totius erroris cau
sam exortumq; plenius noueris, primum
de uiri moribus & doctrina per pauca dica
mus. R O G E . Rem profecto congruam
dīcis. Nam quoddam ueluti pondus, ne
scio cuiusmodi grauitatis eius, & antiquae
doctrinæ fastum nonnulli attendentes, eū
imitari maluerunt. G V I . Is ergo cum iu
ueniles adhuc in scholis ageret annos (ut
aiunt qui eum nouerūt) elatus ingenij no
uitate

Vita Berē
garij.

uitate, ipsius magistri sensum nō adeo cu-
rabat, condiscipulos pro nihilo reputabat,
libros insuper artium contēnebat. Sed cū
per se attingere Philosophiæ altioris secre-
ta nō posset: neq; em̄ ita acut⁹ erat; sed &
tunc temporis liberales artes inter Gallias
penè obsoleuerāt: saltē nouis uerbor̄ in-
terpretationibus, qbus etiam nūc nimiū
gaudet, singularis scientiæ laudem sibi ar-
rogare, & cuiusdā excellentiæ gloriāuenā-
ri qualitercūq; poterat, affectabat: factūq;
est ut pompatico incessu, sublimi præ cete-
ris suggestu, dignitatē magistri potius si-
mulans, q; rebus ostendens, pſunda quoq;
inclusione inter cucullū, ac simulatione lō-
gæ meditationis, & uix tandem satis deside-
ratæ diu uocis, lentissimo quodā quasi plā-
gore incautos decipiens, doctorem sese ar-
tium pene iustius profiteretur. Sed post
quam à domino LANFRANC O in
dialectica de re satis parua turpiter est con-
fusus, cumque per ipsum dominum LAN
FRANC V M uirum æque doctissimum
liberales artes Dominus recalcere, atque
optime reuiuiscere fecisset, deserum se iste
à discipu

Artes i Gal
lia abolitæ.

GVIMVNDI CONTRA
a discipulis dolens, ad eructuāda impudē-
ter diuinārum scripturar̄ sacramenta, ubi
ille adhuc adolescens, & alijs eatenus de-
tentus studijs, nondum adeo intenderat,
se se conuertit. Sed ut ibi insipiens, quippe
in maliuolā aīam non introibit sapientia,
& ea quoq; nouitate omniū corda permo-
ueret, atq; ad se omnium oculos traheret,
studiose perquirens, maluit esse sub aliqua
admiratione hominum hæreticus, quam
sub oculis dei priuata uiuere catholicus,
Tunc illa quibus mundanis hominibus,
& si inulte liceat semper peccare cupienti-
bus placeret, aperuit, legitima uidelicet cō-
iugia, quantum in ipso erat destruens, &
paruulorum baptisma euertēs, Ita ut in al-
tero pessimis hominibus diabolus per os
eius licite ab omnibus feminis abutendū
esse: In altero cassato baptisme infantie,
in profundū oīm malor̄, utpote postmo-
dum baptizandis, impune ruere suaderet.
Lege epistolam Leodieni episcopi contra
Berengarium ad Henricum Regem Fran-
corum, & eisdem penē uerbis, eadem ipsa
ibi scripta ref eries. Illis sanè diebus & hāc
quoq;

quoque(cōtra quam deo propitio acturi su-
 mus) est ausus dementissime ppinare blas-
 phemiam, ad hoc & hic diabolo militans,
 ut ablata ueritate dominici corporis, pec-
 care uolentes, nulla reuerentia, nullus me-
 tus percipiendae sacræ cōmunionis ab ali-
 quo scelere reuocaret. De cæteris sanè im-
 pietatibus, quas satis multas per id tempo-
 ris uomuit, nunc te remorari nolo. Ita igiū
 huius initium pestis accepimus, Nūc aut̄
 qualiter, & per quos tantisper retēta sit, ut
 ortu atque processu, casu quoque cognito, quod
 de illa sentias melius noris, nisi longū pu-
 tes, aperiam. ROGE. Imò uero sitibundus
 hæc audiam. Multum eī ad rem propos-
 sitam æstimo profutura. G V I. Cū igitur
 superiores blasphemias, primam quidem
 propter iniurias matrum, cæterorucque affe-
 ctuum: Secundam uero propter damna-
 tionem paruulorum suorum, nec aures etiā
 pessimorum sustinere possent: ipse uero
 in scripturis sacris locum tuendi eas nullū
 penitus inueniret, maxime disputante cō-
 tra eas copiosissime beato Augustino, in
 hanc se defensandam totum contulit, ubi
 & quo

GVIMUNDI CONTRA

Aug. p nu et quodam uelut testimonio sensuum niti
prijs, & de uidebatur, nec tam copiosissime ab aliquo
bap. puulo sanctissimorum patrum (quippe nō indi-
rum. gente adeo temporibus illorum ecclesia,
cum tamen quid inde tenerent, perspicue
& lucidissime sapientissimi eorum multi
scripserunt) contra hāc disputatum sentie-
bat. Aucupatis ergo nonnullis uelut rati-
unculis (necē em̄ ulla unquam heresī sine
aliqua uerisimilitudine rationis inualesce-
re potuit) adhibitis quoq; paucis male i tel-
lectis à se capitulis scripturæ sacrę, que mul-
tis errantibus laqueus est mortis, per eges-
nos scholasticos iam per alimoniam qua-
sustentabat eos, & per suos dulces sermo-
nes corruptos, quaquauersum potuit clan-
culo huius tanti mali nefandissimi uirus ef-
fudit. Si qui autem præterea aliquo modo
recepérint eum, hi sunt qui ex Apostolica
sententia territi (qua dicitur, qui māducat
& bibit indigne, iudicium sibi manducat
& bibit) communionem sacram, quā pro
ecclesiastico more sumere coguntur, mal-
lent aut nullam, aut non tantā esse, quam
eius metu se à flagicijs aliquatenus tempe-
rare.

Quales cre-
diderint Be-
renario.

1. Cor. ii.

rare. Ita igitur & per tales execranda pe-
 stis aliquantulum adoleuit. Mox ergo inci-
 pientibus palam audiri, catholici viri graz-
 uiter commoti, atq; intolerabiliter ferentes,
 praesidete per semetipsum beatissimae me-
 moriae domino papa Leone, Vercellis cō- Concilium
Vercellense
 cilium ponunt, In quo post diligentissimā se cōciliū.
 de corpore et sanguine domini rationem,
 Berengarium & omnes eius in hac re fau-
 tores perpetuo anathemate, nisi resipiscer-
 ent, damnauerunt. Cumque iam defun-
 ctos, sanctum Leonem Papam, et sanctos
 viros qui interfuerent Cōcilio, maledicis uer-
 bis & scriptis lacestere non desineret, sans-
 cillimū illud & Reuerendissimū ecl̄e dei
 speculū, Summū, nō pōtificē, sed pōpificē
 atq; pulpificē uocās, eūtq; infatuatiōe Lan-
 frāci ifatuatū, conciliū uanitatis adunasse
 blasphemans, Turonis itē generali aggre- Concilium
Turonense
 gato cōcilio, p̄sidete tūc Venerabili Papa
 Gregorio Romano tūc Archidiacono, pa-
 nem & uinū in sacrificio domini nō um-
 bratice, sed uere Christi carnē & sanguinē
 fieri, dato ppria manu sacramēto cōfirma-
 uit. Inde postmodū desipiscēs iūdē Romę
Concilium
Romanum
 in gene

GVIMVN DI CONTRA.

In generali Concilio confictura rationis reuictus libellos suos propria manu sub praesentia felicis memorie Pape Nicolai, coram omni synodo cremauit, erronie anathematizauit, & confessionem bonam, quam Taronis fecerat, præbito identidem propriæ manus sacramento, renouauit his uerbis:

E G O Berengarius indignus Diaco-
Palinodia nus ecclesiae sancti Mauricii Andegauen
Berengarij sis, cognoscens ueram catholicam & Apo-
De Cō. di. stolicam fidem, anathematizo omnē haec
Ego.

resim, præcipue eam de qua hactenus infamatus sum, quæ astruere conatur, panem & uinum quæ in altari ponuntur, post consecrationem solummodo Sacramentū, & non uerū corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi esse, nec posse sensualiter nisi in solo Sacramento manibus sacerdotum tractari, uel frangi, aut fidelium dentibus atteri. Consentio autem sanctæ Romanæ & Apostolicæ sedi, & ore & corde profiteor de sacramentis dominicæ Missæ, eam fide tenere, quam dominus & uenerabilis Papa NICOLAUS, & hæc sancta synodus autoritate Euangelica & Apostolica tenend

tenendā tradidit, mihiq; firmauit, scilicet, panē & uinū quæ in altari ponūt, post cōsecratiōem nō solū sacramentum, sed etiā uerū corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi esse, & sensualiter non solum sacramento, sed in ueritate manibus sacerdotum tractari, frangi, & fidelitū dentibus atteri, iurans per sanctam & om̄nīs trinitatē, & per hæc sacrosancta Christi Euāgelia. Eos uero qui contra hanc fidem uenerint, cum dogmatibus & sectatoribus suis eterno anathemate dignos esse p̄nuntio. Quod si ego ipse aliquādo contra hęc sentire ac prēdicare pr̄sumpsero, subiaceā canonū seueritati. Lecto & perfecto spōte subscripsi.

Qualiter ergo & à quibus publice cōfutatus sit, hucusq; sit dictum. Nam quoties à catholicis uiris priuatim supatus sit, enarrare quis possit. Si quis igit̄ hereseos istius Berē here prædicta principia, super hęc & mala into seos mala. lerabilia, que simul orta sunt (destructionē uidelicet legitimorū coniugiorū, et baptis̄ matis paruulorū) digne consideret, si q̄s & qualitatem uel flagiosam uitam eorum,
b per

GVIMUNDI CONTRA

per quos utcunq; pullulavit aspiciat. Si q; nullum sincerè uitæ hominem, nullū pes nitus sapientem fautorem eius attendat, si autoris eius perjuria, si deniq; non solum concilia supradicta, sed & totum orbē cō tradicentem penset, rācēte nostra disputa tione, quid magis tenendum sit, satis ut arbitror, iudicabit. Sed qñ tu, ut nihil Berē garianæ fecis tibi resideat, & p nos aliqua dici cupis, iam nunc quæ tibi proponēda uidentur expone. R O G E. Berengari⁹ & qui eum sequunt̄, assecurant Euchari stiam dñi, nō esse uere substātia litteræ corporis & sanguinē domini, sed sola uoce sic appellari, pro eo, quod tanquam umbra et figura significativa sit corpis & sanguinis dñi. Nec de hoc mouerer adeo, si carnali ter sapientes, secundum sensus fallerentur, nisi quod nonnullas (ut supra memorasti) ratiunculas obtendere, & eas ex quibusdā beati Augustini sc̄ntēt̄s munire uident̄; Aliqua etiam ȳba dñi saluatoris iactitāt̄, ex quibus infirmi sc̄andalizari forsitan pos sent. Ac primum ipsas ratiunculas, deinde autoritates ponam. Natura, inquit, hāc muta

mutationem non patitur. Cumq; afferat
eis scriptum, quia omnia quæcunq; uoluist *Psal. 134.*
dominus fecit, Sed hanc, inquit, muta-
tionem noluit. Absit enim ut fas sit Chris-
tum dentibus atteri, aut partibus dissipar,
sicut ista partibus atteruntur, & in pars-
tes dissipantur. Ad hec si placet, interim re-
sponde, postmodum uero cætera propona,
quo diligentius opere distributo, singulis
propositis responsa comparando, mihi ad
unguem de omnibus intelliga satisfactū.

G V I M V N D V S. Quandoquidem supe-
rius postulaisti ut tuis inquisitiōibus, si qua
mihi uiderentur addenda, superadderem,
cognosce primum, quia nō omnes qui de *Quot gene-*
istis sacramentis errant, una incedunt via ^{ra} *Berēga*
erroris. Nam Berengariani omnes quidē ^{rian.e h̄s}
in hoc conueniunt, quia panis & uinum ^{refis.}
essentialiter non mutantur, sed ut extor-
quere à quibusdam potui, multum dif-
ferunt in hoc, quod alij nihil omnino de
corpore & sanguine domini sacramentis
inesse, sed tantummodo umbras hæc, &
figuras esse dicunt. Alij yō rectis ecclesiæ
b rationibus

GVIMVNDI CONTRA
rationibus cedentes, nec tamen à stultitia
recedentes, ut quasi aliquo modo nobiscum
esse uideantur, dicunt ibi corpus & sanguis
nem domini reuera. sed latenter contineri,
& ut sumi possint, quodāmodo (ut ita di-
Impanatio xerim) impanari. Et hanc ipsius Berengarij
Hanc uide subtiliorem esse sententiā aiunt. Alij uero
tur seq Lu. non quidem iam Berengariani, sed acerrimi
therus. me Berengario repugnantes, argumentis
tamen eius, & quibusdam uerbis domini
paulisper offensi (qd̄ suo loco dicemus ube-
rius) aiebant olim putare q̄ panis & uinū
ex parte mutent, ex pte remaneat. Alijs
uero irrationalē istorū sensum lōge hors
rentibus, sed eadem uerba domini, quib⁹
isti mouent, nō satis apte intelligētibus,
uidebatur panem & uinū ex toto quidem
mutari, sed cum indigne accedunt ad cō-
municandū carnem dñi & sanguinē, tunc
q̄o in panem & uinū reuerti. Quorū oīm
errori, sicut dñs dederit, obuiare tētabim⁹.
Nunc primū Berengarianis utrīc̄b⁹ re-
spondeamus. Isti em̄, licet inter se diuersi
sint, contra nos tamen unam habent penē
sententiam, & argumentis nituntur eidem.

Vtric̄b⁹

Vtricq; enim nihil de pane & uino mutari
essentialiter afferunt. Nūc argumēta eorū
videam⁹, ac primū quid de natura afferāt Primū arā
gu. hære. de
natura.
discutiamus. Nam cū dicunt: non potest
hanc mutationē natura pati, aut absolute
& absq; ulla exceptione dicere hoc habēt,
ut nullatenus scilicet, nec uolente dñō hoc
possit. Aut cū aliqua exceptiōe. At si ab-
solute & absq; ulla exceptione dicunt, Pris-
mū qdēm uoluntatis dei manifestos ad
uersarios se esse declarant, dum ei aliquid
impossibile esse confirmant. Ipsi deniq; se
ipsos destruūt, quoties illum (quē dixisti)
psalmi uersiculū canūt: Omnia quæcūq; Psal. 134.^o
uoluit dominus fecit. Nam si uersum hūc
nō recipiunt, frustra eū canunt, nec iā dos-
minū omnipotentem credunt, cui uolen-
ti, naturam aliquam resistere contendunt.
Si aut̄ omnipotentē non credunt, nec deū
credunt. Non em̄ uere deus est, qui quod
uult non potest. Sed deum ipsi (ut puto)
credere se non negant. Recipient ergo, qā
omnia quæcūq; uoluit dominus fecit. Si
mul ergo necessario recipient, quomodo
hāc mutationem ut possit natura pati. Si

GVIMVNDI CONTRA

enim ipsa omnium rerum natura, cum os-
mnino nihil esset, uolēte domino factum
est ut esset, & in tot rerū uarias species fors-
maretur, quomodo panis & uini natura
iam existens, uolenti deo resisteret, ut uel
in unum aliud non transferatur? Perridicu-
li homines, qui dum se defensitare naturā
æstimant, uim naturæ se potius ignorare
demonstrant. Nam sicut tu ipse testaris, q̄
per artem medicinæ ciborum naturas &
hominum nosti, q̄tidie natura panis quē
comedimus, & uini quod bibimus, natu-
raliter in nostram carnem & nostrum san-
guinem transmutatur. Quod si tantū po-
test uenter hominis, seu & cuiusquam ani-
malis, ut panem & uinum, uel quoscunq;
cibos inter se clausos, in uiuam carnem, &
uinum in sanguinem quotidie mutare,
nonne tantundum, si uult, poterit præsen-
tia suæ maiestatis, & uirtute ybi sui deus,
ut uidelicet in carnem & sanguinem suū,
panem uinum q̄ transformet? Quod si uel
tantum uolunt Christiani concedere deo,
Quid Pla- quantum concessit paganorum magnus
toni natura philosophus Plato, qui naturam rerum di-
xit esse

sit esse, id quod uult deus, quid unquam
 erit absurdius, quam id quod uult deus, deo
 uolente contra ire. Quia propter isti, nisi o-
 mnino careant corde, nunquam ita abso-
 lute dicent, naturam mutationem hanc non
 posse pati, ut non excipiant uel dei uolun-
 tam. Si autem excipiunt, tanquam si diceret:
 Natura non potest hanc mutationem pa-
 tinisi deus uelit, frustra ergo hoc quasi ma-
 gnum aliquid contra nos affertur. Nihil enim
 prorsus per hoc contra nos agunt. Nemo
 enim Christianorum credit hanc fieri mu-
 tationem, nisi per dei uoluntatem. Desinat
 igitur inaniter dicere: natura non patitur:
 & id tantummodo an deus hanc muta-
 tionem uelit, requiramus. Sed absit, ins-
 quiunt, ut unquam deus haec uelit. Non
 enim fas est Christum dentibus atteri.
 Ego uero in primis quæro quid dicant sis-
 gnificare atteri. Si enim intelligunt atteri,
 uelut pressius tangi, aut fortius premi,
 quæro quare non sit phas Christum den-
 tibus atteri. Nam si idcirco hoc ipsum
 non est phas, quia non potest fieri, ea
 dem ratio est, quam de natura dicunt,

GVIMVNDI CONTRA

scilicet, quia natura non potest pati. Et nimirum uana ratio. Nulla quippe rerum impossibilitas potest impedire uoluntatem dei. Deinde quare nō possit dentibus premi, qui manibus Thomae & post resurrectionem potuit attractari.

Ioan. 20. Et sanctæ mulieres, quibus occurrit post resurrectionē,

Mat. 28. scriptū est, quia tenuerunt pedes eius. Nula

quippe ratio est, ut nō possit tangere dens quod rāgit manus. Nam sicut ad manus, ita & ad totū corpus pertinet tactus. Quare quicquid tangit manus, potest & totο corpore tangi: potest igit & dentibus tangi. Porrò quod potest uel leuiter tangi, cū solidum corpus sit, cur non possit & fortius. cule tangi, quod est atteric. Si ergo corpus domini post resurrectionē manibus Thomæ Ap̄li & sanctar̄ mulier̄ potuit tangi, cur hodie à credentiū dentibus non possit uel leuiter, uel pressius tangi, id est, atteric. Nulla obstat ratio uidet. Porrò aut si sic cit co dicunt nō esse fas Christum dentibus at teri, non quia impossibile est, sed eo quod indignū uideatur, Quæro iter̄ quare indignum debeat uideric an quia nimis Christus hu

BEREN. LIBER I.

stus humiliari uideat? Sed qui non dedig-
 natus ob salutem fideliū, uirgis infideliū,
 corona spīnea, cruce, clavis, lancea, nimis
 irreligiosissime, quantū in ipsis erat, atteri
 sicut scriptum est: attritus est propter sce-
 lera nostra: is pro salute eorundem fideliū
 dentibus ipsoꝝ dignabit religiosissime
 inquātum possunt, atteri: Si em̄ id quod
 erat indignius, pro nobis pertulit, quō qđ
 minus indignum est dignabit pati: ma-
 xime cū sicut oportuit Dñm Iesum Chris-
 tum in ligno suspendi, ut mors quæ per
 lignum uenerat, per lignum crucis ui[n]ces-
 tetur: ita oporteat reuera Christum mādu-
 cari: ut quia ueteres homines non umbrā
 fructus, sed ipsum fructum ligni uetiti x̄e
 comedendo perierūt, Christum uere mā-
 ducantes mortē etradant, & uitā lumant.
 Quod mysteriū Esaias prophetasse uide-
 bit, ubi ait: Faciet dñs exercituū omnibus
 populis in monte hoc conuiuiū pinguiū,
 conuiuiū uindemia defecatae, & præcipi-
 tabit mortem in sempiternum. Propheta
 in Hierusalem erat, quid est ergo dicere, in
 monte hoc, nisi ubi crucifixus est Christus?

Esaie. 13.

Cōpatio.

Esa. 25.

b r Et quid

GVIM VNDI CONTRA

Et quid est, conuiuium faciet omnibus populis, nisi quia illud quod pependit ibi, manducant omnes populi? Quid in pinguisibus

Col. 2. istis medullatis, nisi carnem gratia spiritus sancti pinguisimam, in qua habitat plenitudo deitatis corporaliter? Quid in uindemia defecata, nisi sanguinem sanctum, quod in specie uini bibitur, signat? Et quid nobis per istud conuiuium fiet? Præcipitabit inquit, mortem in sempiternum. At fortasse immundi sunt dentes. Sed Apostolus

Tit. 1. Ius ait: Omnia munda mundis, igitur neque dens, neque aliud quicquam immundum est Christo. Certe sordidiores uidetur manus esse quam dentes. Manibus quippe multas sordes tangimus, quas admouere dentibus horremus. Qui ergo se palpandum & post resurrectionem manibus obtulit, dentes propter immundiciam non uitabit. At fortasse metuunt isti saluatorem laedere, dentibus atrectando, quem laedere non metuunt procaciter mentiendo. O' destruat dominus ad salutem inimicos defensores, si hoc scire nesciunt, quia caro domini resurgens, quod naturae erat retinuit, quod infirmatus

tatis amisit. Tangi nanc̄ naturale est car-
ni, lædi autem infirmitatis est. Ita ergo po-
test Christus & dētibus tangi, ut quacūq;
pressura dentiū iam non ualeat lædi. Qua-
re quando nec ulla obſtitit impossibilitas,
nec Christi abhorret humilitas (ſiquidem
id nobis quoq; ita expedit ad uitam) cum
neq; per hoc ulla immundicia ſaluatori, uP
laſura timenda ſit, nullac̄ occurrat alia ra-
tio cur nephias ſit Christum dentibus atte-
ri. Si atteri accipitur quaſi preſſius tangi,
nihil proſsus contra nos ualet, quod uanis
ſime iactitant, dicentes: nō eſt fas Christū
dentibus atteri. Porro ſi atteri intelligunt
quaſi comminui uel frangi, tunc iam non
duæ, ſed una ſola ratio eſt, quod dicūt den-
tibus atteri, & partibus diſſipari, niſi quia
plus eſt partibus diſſipari quam dentibus
atteri, & ita intelligendum eſt tanquam di-
cerent, non eſt fas Christum per partes diſ-
ſipari, uel dentibus atterendo, id eſt com-
minuendo, uel ullo alio modo. Hoc equi-
dem & nos conſitemur, ſcilicet, q̄a nō eſt
fas Christum ulla quidem uiolentia, ſiue
dētibus, ſiue alio modo p partes diſſipari.

Si uero

GVIM VNDI CONTRA

Si uero illi, cui omnia possibilia sunt, altissimi & inscrutabilis consilij, sine ratione placet, ut corpus suum per partes ipse diuidere possit, ita duntaxat, ut iam ultra non moriaf, neque laedatur, neque ullam corruptionem patiat (nullam enim misericordiam amplius sustinebit) quod impossibile hoc audeat aestimare. Quod ergo inferunt, quia ista sacramenta dentibus atteruntur, & in partes dissipantur, Si atteruntur, ponunt quidem quasi dimittuntur. Respondemus, quod si ei, cui nihil impossibile est, et qui de omnibus rebus quocumque uult facere potest, sicut dictum est, placet, ut non quidem per nostram uiolentiā, sed per suam in nostro ministerio uoluntate, corpus suum sine morte uel laesione, uel aliquo sui incommodo in istis sacramentis dividatur, & per partes distribuatur, si & nos ita credimus, nemo super hoc inconueniens aliquid ualeat annotare. Eius quippe hic

Gregorius (ut sanctus Gregorius ait) caro in populi salutem patitur. Si autem ei non placet, ut sine aliquo sui incommodo, caro eius possit per partes diuisa distribui, tunc nos ista neque dentibus minui, neque per partes aliquam modo credimus.

credimus dissipari. Et tunc nobis intelligē
 dum est hoc quod dicit: eius caro in popu
 li salutem patitur: dictum esse, non q̄a par- Quō diui-
tiendo minuat, sed propter similitudinem datur Chri-
fractionis, sicut immolari quotidie dicitur stus.
 Christus propter similitudinem passiōis.
 Licet eīm magni causa mysterij, sacerdos
 quasi diuidere uideatur, nos tamen domi-
 num & saluatorem nostrum, quando cor
 pus eius uenerabile fidelibus distribuitur,
 non se per singulos diuidentem, sed parti-
 cipationem sui, diuersos credere debemus
 unientem. Possumus etiam dicere tātun-
 dem esse in una quasi particula, quantū
 erat in hostia tota. Sicut de manna legiſ q̄a
 nec qui plus collegerat habuit ampli⁹, nec
 qui minus colligerat habuit minus. Ita er-
 go tota hostia est corpus Christi, ut nihilo
 minus unaquæq; particula separata sit to-
 tum corpus Christi. Nec tamen tres parti-
 culæ separate, sicut tria corpora, sed unum
 corpus. Nec ipsæ etiam particulæ à se tanq;
 plures differunt: q̄a qđ corporis toti⁹ una est,
 hoc & cæteræ sunt. Itaq; iā nec plures parti-
 culæ dicēdæ sunt, sed una potius hostia in-
 tegra

Exod. 16.
 Totahostia
 Christus in
 qualibet pte
 cula totus.

Prefatio
Missæ.

GVIMUNDI CONTRA
tegra & indiuisa , licet officio sacerdotis
uideatur quasi diuidi, propter magnū (ut
dixi) mysterium, qđ ita oportuit celebrari.
Similiter & si dentibus, uel quo alio modo
hæc frangi uidentur, intelligimus nō hæc
frangi: quia nihil aliud in toto , quam in
qualibet uelut particula separata credim⁹
contineri. Ne autem me quis æstimet hæc
sententiam ex meo sensu commentatum,
præfationem istam, quæ per totū penè or-
bem latinū, inter Epiphaniam & Septua-
gesimam, in quadam die dominica habes-
tur, hic supposui hæc continentem : Aeter-
ne deus, & tibi hanc immolationis hostiā
offerre, quæ est salutifera, & ineffabile diui-
næ gratiæ sacramētum, quæ offerunt a plu-
rimis, & unum corpus Christi sancti spiri-
tus infusione perficitur. Singuli accipiunt
Christum dominum, & in singulis portio-
nibus totus est: nec per singulos minuit,
sed integrum se præbet in singulis. Propte-
rea ipsi qui sumimus communionē huius
sancti panis & calicis, unum Christi corp⁹
efficimur. Eusebius Emisenus ita dicit: Ve-
tus narrat historia; nec qui plus collegerat
Exo. 16. habuit

habuit amplius, nec q̄ minus parauerat, reperit minus, eo q̄ Eucharistiæ sacra percessio non in quantitate, sed in virtute consistit. Quod corpus sacerdote disp̄sante, tantum in exiguo, quātum est in toto: qđ dum ecclesia fidelium sumit, sicut plenum in uniuersis, ita integrum esse probatur in singulis. De quo sensu apostolica sententia deriuata est, dicens: Qui multum habuit non abundauit, & qui modicum, nō minorauit. Si forte esum panis esurientib⁹ apponereamus, non ex toto perueniret ad singulos, quia particulatim & minutatim proportione sua unusquisq; pr̄sumeret. De hoc uero pane cum assumitur nihil minus habent singuli, quam uniuersi. Totū unus, totum duo, totum plures, sine diminutione percipiunt, quia benedictio sacramenti scit distribui, nec scit distributione consumi. Idē qđ dicimus, & si mille missæ eodē tpe celebrent. Nā ita in singulis totū credim⁹ esse Christū, ut nec plures Christos, nec diuisum Christum faciat, aut sacerdotū diuersitas, aut locor⁹. In q̄ qđ illi contra nos esse nō possunt, qui corpus dñi in omni

2.COR.8.

GVIM VNDI CONTRA

In omni missa adesse inuisibiliter dicunt.
Nam cū simul mille celebrēt Missæ, & sicut
ipsi consentiunt, in omni missa est totum
corpus Christi (diuidi eī posse corpus do-
mini & ipsi negant) & mille tunc erūt cor-
pora Christi, aut fatebuntur nobiscū uno
eodemq; tempore mille in locis unū idēq;
Christi corpus totum & indiuīsum posse
haberi. Sed mille Christi corpora nec ipsi
dicūt. Restat ergo, ut in mille Missis eodē
tempore, unum idemq; corpus Christi &
indiuīsum esse credere debeant. Similiter
igitur & in una hostia, & si uideaſt quasi in
plures partes diuidi, nullam tamen in eis
diuisionem attendimus, quia quod oēs si
muliunctæ, id ipsum singulæ separatae sunt,
totum Christi corpus. Nec cuiq; incredib
ile id debet uideri. Quotidiano eī expe
rimēto cognoscimus, quia intellectus nos
ster idem uerbū cordis nostri, cū illū qdā
modo uoce uestimus, ut qui in corde nos
stro latens, nobis solus cognitus erat, p uo
cem alijs & manifestari possit eodem tpe,
& totus in corde nostro remanet, & totus
æque mille hominibus cum assumpta uo
ce sua

cessua, quantū in se est, ita apparere potest,
 ut nō solum ipse simul oīm corda illustreret,
 sed aures etiam cunctorū ipsa qua uestitus
 est uox eodem tpe tota & indiuisa perstrin-
 gat. Si igit̄ humano uerbo deus tantū pre-
 stitit, ut non solū ipsum, sed & uox, qua q̄
 dammodo uestitur, ad mille hoīes eadem
 simul totaq̄ ptingere ualeat, nemo hoc
 ipsum de oipotentis dei unico & coomni
 potēte & coæterno uerbo, & de carne ei⁹,
 quam similiter ut nobis ipsum uerbum ap-
 pareret, uestiuit, & si capere non possit, ha-
 bere īcredibile debet, qđ & de fragilissimo
 & transitorio uerbo hoīs, & momētaneis
 uocibus, uixq̄ existentibus, & nunq̄ pua-
 let capere, & tamē penē semp experimēto
 habet. Ipsam certe aīam nostram corpore
 quod corrumpit̄ aggrauatam, nō particu-
 latim per singula corporis mēbra diuidi,
 sed in singulis portiunculis totam atq̄ in-
 tegram contineri, beatus Augustinus ua-
 lidissime probat. Qui ergo hāc nostrę aīae
 potentiam præbuit, ut una, eademq̄ et in-
 diuisa in singulis qbusq̄ particulis sui cor-
 poris eodem tpe tota consistat, quare suæ

c proprię

Augustinus

GVIMVN DI CONTRA

propriæ carni id dignitatis si uult dare, nō
ualeat, ut & ipsa in diuersis, sui cuiusdā cor-
poris, qđ est Ecclesia, partibus, tota simul
& indiuisa possit haberi, Cum sicut aīa no-
stra uita est corporis, ita sit ecclesiæ, imò mul-

Caro Chri-
sti, uita Ec-
clesie.

to melius per dei gratiam, uita caro saluato-
ris. Per aīam quippe fit, ut corpus utcūq;
temporaliter uiuat, per carnem uero salua-
toris agitur, ut ecclesia nō quomodocūq;
sed beate in æternum uiuat. Cū uero sapiē-
tissimus Solomon cunctas res esse difficilis-
les dixerit, ita ut explicare eas homo non
possit, nonne in sacramento q̄simillimus
est, qui hęc diuina archana discutere ad os-
culum uiolenter quærerit? Omnes creature
dei, miracula dei nobis iexplicabilia sunt,
Christus uero inter omnia, aut præ oībus
miraculūm singulare, Si igit̄ potest Christus
efficere (sicut diximus) ut unaquęq; se
parata particula sit totum Christi corpus,
& tamen omnes separatae, non plura sunt
corpora, sed unum corpus: quemadmodū
uox mille hoīum percutit aures, & apud
unumquenq; tota, nec tamē plures dicun-
tur, sed una sola, & quemadmodum tota
anima

anima mille corporis humani replet parti-
 culas, et cum se totam prebeat singulis, nō
 plures tamen, sed una est anima: ita nulla
 ratio propter huiuscmodi quasi partitio-
 nes obstat uidetur, ut nō possit, aut uelle
 non debeat Christus, panem et uinum, sicut
 ipse docuit & ecclesia credidit, trāsferre in
 corpus & sanguinē suū. R O G E. De mil-
 le missis, quæ eodē tempore celebrari pos-
 sunt, uideris mihi rem quidem ualde dif- De hostia
 ficilē, sufficiēter & satis idonee declarasse, diuisa.
 Verum tamē in partitione unius hostiæ,
 adhuc paulisper hæreo, quoniam quod pri⁹
 unum tantummodo uideo, id me partien-
 te, ita in plura diuidi cernitur, ut unaquæcꝝ
 portio minor, quam illud, quod erat inter-
 grū, uideaſt. Si em̄ non mea ui, sed sua sp̄o-
 te hostia diuideretur, aut post diuisionem
 magnitudo integræ non uideretur immu-
 tata, iam satisfactum mihi esse crederem⁹,
 quod unaquæcꝝ portio, & omnes simul,
 absqꝝ ulla diuisinoe unum integrum cor-
 pus esse possent. G V I M V N D V S. Si de
 mille missis, quæ uno tempore celebrant,
 satis æstimas declaratum, mirum est qđ de
 C 2 una

GVIMVNDI CONTRA

una hostia ita possis moueri. Nā sicut hic priusquā partiaris hostiam, tñmodo unā uides, ita priusq mille celebrent missē, unū tñ Christi corpus in cœlis, et si non oculis fide tñ cernis. Et sicut opere tuo putas hostiam diuidi, sic putari potest sacerdotum opere fieri, ut corpus Christi qđ in cœlis unū

Quis ope= est, mille in locis simul teneatur. Sed absit tur hæc mi hoc, ut uel illorū opere, uel tuo, unus Christabiliā, sa stus per plures locos uel partes diuīdat, qđ cerdos, an ipse est qui in opere nostro, non qđ noster Christus. uisus æstimat, sed quod ipse uult operatur.

Nam sic uiolentia Iudæorū uidebatur mo
Ioan. 10. ri, & tñ ipse dicit: Nemo tollit animā meā à me, sed ego pono eam à meipso. Ita ergo cuiuslibet fortasse uiolentia putat frangi, nec tamen quod carnalis æstimat sensus, sed quod ipse uult Christus credendus est operari. Sicut sanè post partitionē hostiæ singula tibi minora uident qđ hostia integrā, ita in cibis Missis minus apparet corpus dñi, qđ in cœlis esse uideat. Sed hoc totum secundum sensus, qui sicut in multis rebus alijs sæpe, ita in hac re semper falsūnt. Sed nunqđ si hoc capere nō potest oculus

oculus carnis, extinguedus est ideo oculus mentis? Cum em̄ Maria Magdalena ad monumentū dñi plorans, ipsum dñm cerneret, nūquid nō ipse reuera Iesus erat, quia illa secundum oculos decepta, hortulanum se uidere putabat? Aut cū ipsa die resurrectionis suæ, duobus discipulis ambulantibus in via scripturas tanq; peregrinus exponeret, nunquid aliud q̄ ipse erat? quia sicut scriptū est, oculi eorum tenebant, ne eum agnosceret? Aut cum discipuli in mari laborātes, eū super undas cerneret ambulantem, quis audeat dicere non ipsum uere fuisse, quia ipsi deceptis oculis phantasma esse putauerūt? Sed & secum in nauim iam positum, uidentes, et miraculū eius in sedato mari admirantes, sicut ex Euāge lio potest conici, non cognouerunt eum donec ad terram uenirēt. Sic em̄ scriptum est: Cumq; egressi essent de nauī, cōtinuo cognouerunt eum. Quibus ex uerbis potest (ut diximus) conici, q̄ in nauī fortassis obstupefacti adhuc recenti miraculo, aliq; non cognouerunt eum. Quid igit? Nunquid putādus est eos ioculariter delusisse?

c 3 Absit

GVIMVNDI CONTRA

absit. Ipse enim ubiqꝫ idem erat, Ipse ubiqꝫ
ueritas erat, Ipse ubiqꝫ sapientia erat. Si no-

bis per hęc oportebat ostendi, qm̄ quādiu

Ioh. 20. cum Maria flente, uelut ad monumentū

1. Cor. 11. domini stamus, nosmetipſos mortificans

Coloſ. 3. do, & mortem domini donec ueniat an-

2. Cor. 1. nunciando, quam diu in uia domini pere-

grinamur à domino, quam diu in mari hu-

ius seculi laboramus, & uentus nobis ten-

tationum contrarius est, quam diu ambu-

1. Cor. 13. Iamus per fidem, & non per speciem, quis

plorantes ad monumētum suum semper

dominus consoletur, quamuis in uia posis-

tis semp̄ scripturas exponat, quis turbatos

in mari trāgllet, quis præsens nobiscū sit,

semp̄ in nauī sancte ecclie, usqꝫ ad cōsum

Math. ult. mātionem sæculi, nō tñ habemus cernere

nisi in pegrina specie, maxie oculis carnis,

licet non aliud q̄ ipsum habeamus in his sa-

cramentis. Et merito. Nā qa fructus mor-

tiferę arboris antiq̄s hoībus spirituales, ue-

racesqꝫ ocl̄os clauerat, carnales, fallacesqꝫ

apuerat, iustum est, ut fructus uiuifice cru-

cis nouis hoībus ipſos carnis oculos clau-

dat, & ueracis mētis oculos, qbꝫ x̄itas ui-

detur

det, apiat. Quēadmodū igit̄ ægrotāti pa-
lato amara censenti q̄ sano dulcia sunt, ne-
mo sanus credit, ita infirmis carnalibus os-
culis cōtra sanatos mentis oculos, de ipsa
medicina interioris luminis iudicātib⁹, ne-
mo nisi insanus cōsentit. Nā et res hēc tan-
ta est, ut ī firmo uisu nō ualeat comp̄hēdi,
& fidē nostrā ita utili⁹ est interim exerceri,
ut p̄ hoc uidelicet qđ contra uisum carnis
in hoc tā necessario sacramēto agitur, dis-
cam⁹ uisibilia trāscendere, ad inuisibilia fe-
stinare, & tenere certi⁹ occulta, quæ nunq̄
mentiēs yitas docuit, q̄ q̄ nobis fallax ocu-
lus pandit. Quapropter qm̄ tibi ostensum
est, idē esse in pticulis unius hostię, qđ est
in pluribus missis, q̄ si l̄ celebrant̄, de qbus
satis declaratū esse dixisti, nec secundū ui-
sionē oculor̄ carnaliū debere te iudicare
euāgelicis exēplis, & rōne monstratū est,
uir̄ satis adhuc dictū arbitraris expone.
R O G E. Videris egdē mihi, fateor, sinceri-
tate fidei & yitatē cōgrua, pseq̄ rōne, yū
tamē illud, quod me aliquo modo adhuc
rodit, non tacebo. Superius q̄ppe dixisti,
quia sacerdos uidet quasi diuidere hostiā,

C + propter

GV I M V N D I C O N T R A

propter mysterium, qđ ita celebrari oportet. Si ergo uiderem qđ hostia postq; est cōsecrata, iam nō posset amplius diuidi, nisi ob mysterij gratiā, quod, sicut dixisti, ita oportet celebrari, oēm prorsus disputatio-
nis tuæ seriem inconcussa ueritate ratā esse
confiterer. Sed qñ quilibet nullius cōsyde-
ratione mysterij pro ut uult sibi illam diui-
dere posse uidet, adhuc nescio quas hinc
cogitatio mea tenebras sustinet, quas ex-
pellere gestit, & tñ libere oīno non ualet.

GV I M V N D V S. Si plene animo supra-
dicta reuoluas, nihil hinc tenebrarum, ut
æstimo, tibi residere cognosces. Nam sen-
sus persæpe falli, cum ueterē philosophorē
multa argumenta, tum q̄tidiana experis-
menta plenissime docent. Aequem ēm, ut

Boetius. ait Boetius, sensus & in maximis & in mi-
nimis confundunt. Vnde sit ut de his, in

Diversitas quib; confunduntur, merum syncerū &
iudiciū habere non possint. De mediocri-
bus quoq; rebus nō iuxta rerū yitatem, sed
pro affectu iudicant sentientis. Sano nāq;
palatorum cuiuis comedoni, si multū esuriat, d' am-
ra dulcia uident. Aegrotō aut, aut multū
saturo

saturo, & dulcia sunt amara. Item si quis de-
formis alicuius scorti amore debeat, nonne
illa talis forma oculis eius summe gratissi-
ma est, cum omni penè intuentum, quorum
mens eadem miseria captiuia non est, non
mediocriter uisus offendatur? Remum in a-
qua, si interrogas oculos, fractum afferunt,
quem mox extractum manasse integrum
testatibus oculis ratio probat. Quid de ius-
dicio aurium? quandoquidem illa quae in
auribus sobrii absurdissima resonant, lasci-
uum quemlibet nimium cantilena mollis
oblectat. Sed quod in his diutius immoror?
Quis enim mirari debeat si sensus exterior
frequenter fallit, cum interior, atque omnis iu-
dex sensuum animus, nisi hunc dei gratia
regat, toties & tantum periclitetur? Ex quo
sit, ut contra rationabilem sanctae ecclesie
fidem per hoc quod infirmus & lippus ocu-
lus se uidere putat, nullatenus debeas im-
pediri: quandoquidem eos, quos inobe-
dientiam cibus oculos aperuerat, per hunc
obedientiam cibum oportere claudi credo
iam retines: ut uidelicet per spiritualem ci-
bum, uitalemque, restitutis spiritualibus, quae

Iudicū aue-
ris.

Gene. 3.

Carnalis

GVIMVNDI CONTRA

2.Cor.3. carnalis ille ac mortifer clauserat oculis, iā non secundum carnem sapiamus ad mortem, sed reuelata facie, quæ sunt spiritualia contemblemur ad uitā æternam. Atq; ita
2.Cor.5. q̄ diu in agone fidei certamus, quām diu peregrinamur a domino, fidem nostram sedule conuenit exerceri, quatinus exercēdo erudiatur, erudiendo pascatur, pascēdo augeatur, augendo perficiatur, perfecta coronetur. Quod autē fidei exercitiū id esset, uel quod pro exercitio suo meritū tantis sacramēti fides haberet, si sacram hostiā, nō posse nisi p sacerdotē, & i missa solūmodo diuidi, manifeste & q̄rlibet oculis patetur, q̄s nō uel infidelit̄ p tam euīdēti miraculo, magis q̄ rōne fidei cōsentiret. Deniq; manifesta miracula nō propter fideles, sed ppter infideles dicit Apl's fieri; hæc autē sacramēta nō sunt ifideliū sed fideliū. Vnde nec infidelib⁹ fas est illa distribui, sed nec etiam dandi, Nō igit̄ infidelibus per apta miracula pateant, soli uero fideles non carnis intuitu hoc, sed mente cernant. Nā & ipse dominus noster Iesus Christus sacramenta hæc, mysterium fidei appellauit.

Vt quid

Vi quid ergo mysterium, nisi q̄a occultū;

Vi quid fidei, nisi qđ hoc non carnis oculū, sed intuitu fidei conuenit contemplari.

Nā sicut sanctissimus ait Gregorius, non Gregorius.

habet fides meritū, cui humana ratio p̄bet experimentum.

Si igit̄ de fallacia carnaliū sensuum, qui nec de rebus paruis, & quæ

ip̄lis patere sensibus solent, nondū de max̄imis & occultis contra rationem credēdi

sunt euidenter accepisti. Si spirituales sensus ad spiritualia sacramenta aperīri, carna-

les uero claudi oportere didicisti. Si deniq̄

tibi de mysterio fidei sic infidelibus occul-

tando, fidelibus aut̄ pro exercitio suo meri-

rito crescētis fidei plurimū, p̄futuro, satisfa-

cītū est, nullis, ut arbitror, hic āpli⁹ tenebris

iprobo tergiuersatiōis molimine te iuolui-

decet, ad summā q̄s possit edicere ul' mēte

cape, quāta etiā nře carnis post resurrectio-

nē futura sit gloria, quāta potētia! Immuta-

bimur em̄, & corruptibile hoc induet ī cor-

ruptionē,

& corp⁹ nūc aīale surget spūale.

1. Cor. 2.

dabit q̄ nobis qđ ocul⁹ nō uidit, nec auris

Esaie, 64.

audiuit, nec ī cor hoīs ascēdit. Cū igit̄ uel

extremi cui⁹ libet homūcli caro, q̄tā sit ha-

bitura potētia

G V I M V N D I C O N T R A
nulla nec possit cōprehendere ratio, tu de
corpore saluatoris impudenter & carnalis
ter iuxta sensus disputas, qđ per se ineffabi
liter oēs angelī uenerant̄. Certe enim uero
quicquid humano intellectui occurrit no
bis posse dari, minus est aut nihil, ad illud
quod promisisti nobis. Cum ergo nos ac
cepturos esse credamus, qđ nec scire quō
possit fieri, nisi q̄a deo oīa possibilia sunt,
non ualemus. Tu de omnipotētis dei cor
pore, quando quęcunq̄ agunt̄ præ oculis
bestialibus non habes, intantiliter garrire
nō cessabis. Proinde consyderatius supra
dicta retracta, & fide tene, aut dñm deum
nostrę carnē suā sine ullo eius incōmodo
p partes ineffabiliter posse distribuere, aut
si id ei nō placet, sacramenta missæ suæ uel
secundum rationes quas diximus, uel se
cundum alias, si deus tibi dederit forsitan
meliores, licet oculorę carnalium infirmis
tati aliter uideaſt, tamen indiuisa manere.
At si illud quod prius dixi, dñō placet, fas
est, nō per uiolentiam qđem nostram, sed
per dignationem suam Christū secundū
carnem dentibus atteri, & p partes corpus
eius

eiis fidelibus ministrari. Si vero non placet,
nihil nobis inconueniens de diuisione sa-
cramento Rx, & disputatione debet obijci,
que possunt ut diximus, rationabiliter in-
diuisibilia & indisseparabilia comprobari.

ROGE. Ita fateor, cunctis quae opposuisti
competenter occurrit ratio, ut per oia gau-
deam & nihil ex his reliquum uideam, quin
iniustum putem, te debere a me amplius fati-
gari. GV. Illud sane scrupulum mouet am-
plius, quo minus hanc mutationem posse
sieri credat, q[uod] ex solito naturae curru nulla fe-

Exo. 7.

re ex toto simillima occurrit mutatio. Nam Mutatio
cū aliquid substantialiter transmutatur in a-
llud, in id utique transfere solet, quod non existat. substatiæ i.
stebat prius. Verbi gratia: Virga Mosi mu-
tata est in serpentem, quæ ante non erat ser-
pens, sed tunc coepit esse serpens; quando
vero dicimus mutari panem, non in carnem
quæ nondum fuerat caro, sed in eam quæ
iam erat Christi caro, sine ullo carnis ipsius
dominicæ cremento mutari confitemur.
Et nos equidem ad intelligendum nobis
in hoc seculo difficilem mutationem hanc
non negamus, non tamen ad credendum.

Sed

GVIMVNDI CONTRA

Sed quorsum id: Nō idcirco magnū hoc
 atq; saluberrimū credere nō debimus, si in
 hac uita quomodo fiat, cape nō ualemus:
 cū necessario multa fide teneamus, qbus
 nostra cæcitas aut multo magis, aut certe
 nō minus repugnare uideat. De prouidē
 tia nāq; & libero arbitrio, cū utrūq; fideli
 ter teneamus, et utrūq; teneri oporteat, ita
 sibi rōnes humanæ uident̄ altrisec⁹ obuiā
 re, ut potius utrūq; uicissim destruāt, q̄ uel
 alter⁹ esse concedāt. Nulla mens hoīs po
 test cape quomodo id, qđ in uno loco to
 tum est, eodem tpe totum esse possit in al
 tero, cū de uoce tñ hoīs, id om̄es teneant
 animā quoq; singulis inesse mēbris simul
 totam, beatus Augustinus inexpugnabili
 ratione confirmet. Ecce oīm rer⁹ creatio
 credit, cum tamē ab hoīe nō capiat. Quis
 em̄, ut de compendio loquar, ualēt cape il
 lud, quod primo factū est, quando habuit
 fieri: Quod em̄ adhuc omnino nō est, nō
 fit: fieri em̄ iam ad esse pertinet: postq; autē
 est, non fit: iam gppe est. Sed nec inter esse
 & non esse illius quod primū factum fuit,
 potest esse aliqd. Nā illud aliqd qđ interef
 set,

Augustinus

Set, primū factū esset, illud & o alter⁹ poste
rius. Quādo ergo id quod primo factum
est, habuit fieri: habuit tamen. Qd em̄ nō
caret initio, nullatenus esset, nisi fieret; Ipse
q̄ppe dixit & facta sunt. O admirabile sie
ri qđ necessario credit̄, & nullo cogitatu
cōprehendit. At si q̄s hæc absurde ratiocis
nari me æstimat, eiq̄ omnia displicent, di
cat uel ipse qđ placet, & inueniet se certe
in oībus uerbis, in cunctis etiā cogitatiōi
bus suis, si tñ subtiliter aduerterit, de rerū
primis inicijs, deficientem. Hęc itaq̄ cum
siderem necessario exigant, discussionem os
mnino nō admittat, ad ipsius autoris cors
pus, nonne rationabiliter expetunt credi
torem? arguunt improbum discussorem?
Hic sanè disputationis quoq̄ huius recole
re decet initium. Proposueramus nempe
ita, ut cum dicunt naturā non posse muta
tionem hanc pati, uel addi paterentur,
nisi deus uelit, uel non. Si non patiuntur
hoc addi, sed piæter exceptionem asse
runt id naturam non posse pati, etiam
si deus uelit, non ergo credunt, quia o
mnia quæcunque uoluit dominus, fecit.

Primum

psal. 145.

GVIMUNDI CONTRA

Non posse
oia exclu-
dit oipoten-
tiā & dei-
batem.

Primum quidem scripturas canonicas, q̄s frequentissime & ipsi recitant, imò eū cui⁹ sunt scripturæ, uidelicet dñm despiciunt, deinde uero ipsum dñm nec oipotentem nec deum credunt. Non em̄ uester oipotens, aut uester deus est, qui quod uult nō potest. Sed quando hæc & apud ipsos nefandissima sunt, fateāt̄ necesse est, quoniam oia quęcūq; uoluit dominus fecit. Et hæc igit̄ mutationem quamlibet nobis difficultem, si facere uoluit deus, absq; dubio fecit. Requiriendum tantūmodo est, an id deus uoluerit. Quod cū uoluisse dñm ipso adiuāte oportuno loco monstrauim⁹, siue possit intelligi quomodo fiat, siue nō pos- sit, obtinebimus tñ necessaria ratione qm̄ fecit. Non em̄ satis argumēto est, si nostræ infirmitatis cæcitas id nunq; in hac uita capere ualet, quo min⁹ debeas credere, si manifestæ rationis necessitas, rem ita, ut diximus, probauerit esse. Non em̄ præcepit tibi Christus intellige, sed crede. Cuius est cura curare, quomō id quod fieri uult fiat, iuum non est discutere, sed humiliter credere, quia quicquid omnino fieri uult, fiat.

Non

Non em̄ intelligendum prius est, ut postmodum credas; sed primum credēdum, ut postmodum intelligas. Nec propheta Esaias dixit: nisi intellexeritis, non credebis *Esiae.7.*; sed, nisi credideritis, non intelligetis.

Vtamur ergo uerbis sancti Augustini cōtra Felicianum dicentis: Hoc fides credat, intelligentia nō requirat, ne aut nō inueniūt putet incredibile, aut repertum credat singulare. Idem in Epistola ad Volusianū: Hic si ratio quærīt, nō erit mirabile: Si exemplū quærīt, non erit singlare. Demus deo aliquid posse, quod fatemur investigare non posse. In talibus rebus tota ratio facti, est potentia facientis. Non enim, inquit beatus Hilarius, humano aut seculi sensu in dei rebus agendum. Vnde beatus Ambrosius in libro de Sacramentis de hac ipsa quæstione agens, Quid, ait, argumentis utamur? suis utamur exemplis, incarnationisq; exemplo astruamus mysterij ueritatem. Quid hic quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cum præter naturā sit ipse Christus partus ex uirgine? Quoniam nos ad incarnationis seu uirginalis partus inq;
d
tat ex

Hilarius.

Ambrosius

G V I M V N D I C O N T R A

rat exemplū, opere pretium reor, paulisper
hanc elucidare similitudinē, pauloq; altius
Quadrupl incipiendū. Quadrifariam nāq; in scriptu
ex hoīm ge
ris sanctis hoīm generationes accipimus.
veratio. Vna est singularis uiri, neq; de uiro, neq;
de fœmina, sed de limo terræ: quę est Adę.
Altera huic quodāmodo cōtraria, de uiro
& fœmia, ex qua & uiri & fœminę, quę oīm
sere solennis est. Alia rursus absq; exēplo,
qua de uiro uirgine prodijt uirgo fœmia,
de Adā uidelicet Eua. Quarta nihilomis
nus singularis atq; unica pro reliquis oīb⁹
facta, omnibusq; melior, & uiilior religi,
cōtraria & ipsa quodammodo ternæ, qua
uir de fœmina uirgine uirgo, de Maria uti
que saluator omnium Christus nostro se-
culo natus illuxit. Ex his itaq; generatiōi-
bus illam qua de uiro & fœmina uiri na-
scuntur & fœminæ, quia quotidiano usu
tenetur, nemo mirat, nemo incredibilem
iudicat. In qua tamen illud quidem extra
cæteras ualde mirabile est, quod ex duob⁹
corruptis nunquam nisi integrum, neque
integrum nisi ex duabus nō integris, tan-
quam ex contrario contrarium nasci possi-
bile

bile est. Illud uero penitus incomprehensi-
bile scitu Solomon asserit, quomodo iun-
gantur ossa in uentre pregnantis. Illā q̄q̄
qua de non homine homo, Adam quoq̄
de limo formatus est, quae & in hoc cætes-
ris longe uidetur mirabilior, & illam qua
de uirgine Adam uirgo Eua producta est
uix unquam aliquis impugnauit, uix ali-
quis accusauit. Quando uero de uirgine
Maria uirgo Christus prædicatus natus
est, totus mundus innumeris cōtradictio-
nibus contra infremuit, & ui & dolo, om-
nīq̄ genere malicie, hanc generationem
de medio prorsus auferre conat⁹ est. Satis
certe iniuste, cū reliquias omnibus hēc ex-
cellentior sit atque utilior, utpote reliqua-
rum omnium non solum honor atque no-
bilitas, uerum etiam medicina. Siquidem
hēc ab alijs nostri generis tantum naturā
trahens, nihil autem honoris, imò inde in-
firmitatum ac temptationum plurimum su-
mens, ad perfectam undique felicitatem
per uitutem diuinam sibi ipsi sufficeret.
Cæteræ uero per hanc de sub pedibus in-
felicissimi oīum rēḡ diaboli, usq̄ ad cōfor-
d a tium

GVIMVN DI CONTRA

etū de omnipotentis sublimatæ, ut simus
(ut ait beatissimus Petrus Apostolus) diui-
næ cōsortes nature, nisi huius ope atq; me-
dela uerentur, irrecuperabiliter oēs perdi-
tum irent. Tum etiam perspecta diligēter
inter tres singulares, usitatissimæ genera-
tioni multo uicinior, multoque similior, i-
deocq; credebilior inuenit. Cui em̄ non sa-
tis elucet, cōmuni generationi, quæ de ui-
ro & fēmina est, similiorem fore hanc quæ
de horum est altero, q̄ illam quæ est de neu-
tro. Item si contemplerem⁹ illam, quæ de
uiro solo & fēmina prodijt, ualde à cōmu-
ni usu, & illa remotior. Familiarius q̄ppe
& accommodatius communi naturæ est,
ut fēmina marem (nam id q̄tidie fit) q̄ ut
mas fēminā pariat. Sed necq; fortassis Euę
generationem partum quispiam dixerit,
atq; ideo etiam à cōi usu longingorem.
sed quid & illud, quod de uiri latere dormi-
entis, illa, imò costa de qua facta est illa, cō-
tra consuetum nature cursum repente pro-
rupit. Hic uero sicut ceteri homines in ma-
tris aluo nouem mensibus paulatim cres-
uit, cōiq; nascēdi lege exiuit, hoc excepto
quod

Gene. 2.

q̄ mater in partu non doluit, & q̄ matris Modus ge-
 ipse, ut talem decebat filium, uirginalia in-
 tegerrima seruans, singulari prærogatiua Chryſti.
 decorauit. Nec eī fas erat, ut qui corru-
 pta restauraturus, atq̄ in honesta honoras
 turus ueniebat, integra uiolaret, honesta
 de honestaret. Multoq̄ decētius erat, si de
 uiro uirgine uiolatura mundum Euā pro-
 dij̄t, ut de uirgine fœia restauraturus mū-
 dum Christus procederet. Addo etiam q̄
 oēs alia seruorum sunt, hæc domini, Ex a-
 lijs homines, ex hac deus. Alias oēs deus
 fecit ex solo, ut ita dixerim, præcepto, hæc
 quasi ex magno studio faciens, & uerbis
 & rebus gestis, & miraculorum nouitate
 promittere ab initio, & præfigurare nō de-
 stitit. Vnde tanq̄ de opere speciali scriptū
 est: Sapientia ædificauit sibi domū. Quis
 bus omnibus alijsq̄ permultis digne con-
 sideratis, satis hæc credibilior cariorq̄, q̄
 primæ duæ debuit iudicari. Sed quid atti-
 neant hæc ad rem de qua loquimur dignū
 est intueri. Quatuor nihilominus rerum
 mutationes substantiuas siue efficientias
 nobis scripture diuina commendat. Vnā

Prover. 2.

4. genera
mutationū.

C 3 de qua

GVIM VNDI CONTRA

de qua omnino nihil in id quod sunt, facta sunt omnia. Alterā huic contrariam, quā tamen si experimento non ita scimus, rōne tamen colligimus, q̄ta uidelicet de eo qđ sunt, quantum in ipsis est, redire in nihilū possunt. Nam si hoc solo, quia uult deus, omnia sunt, si uoluntatem suā qua p̄fstat ut sint, uel modice subtrahat, illico in nihilum suum omnia remeabunt. Ita denique

Augustinus beatus Augustinus cōtra Felicianū, Crea tura, inquit, ex nihilo prolatā est, & propte rea quātum ad se pertinet, ex eo quod est, in id quod non est, id est in nihilum, nisi perpetua gratia fecerit, naturae suae quali tate uertenda est. Quāuis de accidentibus singulis, quae superuenientibus alijs cedūt, nisi appareat, v̄e posse aliud dici, q̄ q̄ oīno nihil sūt. Nam si aliqd essent, in subiecto

Accidentia essent. Sed cōtrarijs supuenientibus, nec abeūtia an in suo posse remanere subiecto, nec ad alia in nihilum trāsmeare. Oīno igit̄ nihil sūt, nisi q̄s for refluant. te illa dicat in ea q̄ supueniūt, trāsmutari. Qđ si ita est, innūera nobis exēpla occur rēt eaꝝ rerꝝ, q̄ esentialiter in eas, q̄ simili existūt, trāsmutant̄. Age em̄ uerbi causa, atramen

atramento nigerrimo mēbrana albissima
 inficiat, albedo in nigredinem cōtinuo ce-
 dit. Si igitur albedo in nigredinem uersa
 est, in id utiq̄ uersa est quod iā erat. Nec
 enim dici potest tunc ibi augeri nigredinem
 in quam transferatur albedo, quemadmo-
 dum nec atramentum nigrius est q̄ prius
 erat, necq; aliquid membranę pr̄eter atra-
 mentum occupauit nigredo. Idem quoq;
 in alijs s̄æpen uero inueniri potest. Vnde
 sit ut accidentia recedentia, sicut diximus,
 aut penitus nihil fiant, aut si murantur in
 aduentientia, quod nostræ causæ non pa-
 rum accederet, in ea utiq̄ multoties p̄mu-
 tentur, quæ iam erāt. Tertiam autem mu-
 tationem solenniter cernimus, qua uideli
 c̄t substantiæ in eas quæ non subsistunt,
 uel naturali usu, uel per miracula trans-
 eunt, sicut nucleus in arborem, semen in
 herbam, esca & potus in carnem & san-
 guinem, Velsicut uirga in serpentem, ser-
 pens in uirgam. Quarta uero mutatio
 est, qua id quod est, transit in id quod ni-
 hil omnino est, sicut panem & uinum,
 virtute diuina, in corpus Christi proprie-
 d 4 singulari

GVIMVNDI CONTRA

singulari quadam potentia credimus cōmutari. Et hæc quidem tribus alijs longe melior, longeç utilior à credētibus facile iudicatur. Melior quidem, quoniam in diuinam carnem, quæ rerum est omniū optima, id quod mutatur transit. Ut̄lior aut̄, qm̄ hanc propter alias factam, singularem nobis medicinam Christus constituit. De nihilo quippe primo facta sunt elementa, è quibus non felices facti sumus. Sed illæ duæ mutationes nihil nobis profuerant, qn ad summas traduceremur miserias, nisi quarta medicinaliter subueniens, subueniret. Cum itaq; cæteris omnibus hæc honorabilior sit atq; utilior, etiam illi quæ usitatissima est, multo uicinior atq; similior, ideo multo credibilior, qd̄ duæ reliquæ reperitur. Cui enim non luce clarius pateat, ei mutationi, quæ usitatissime de aliq; in aliquid fit, eam quæ etiam ipsa de aliquo fit in aliquid, licet aliq;nto mirabilius, propinquiorem admodum ac similiorem, quam illam, quæ de nihilo fit in aliquid, aut illā qd̄ de aliq; fit in nihilo. Illę em̄ duo alia habent, istæ unum tantum. Adeoç à capacitate intellig

intelligentiae nostrae remotae sunt, ut neque mutationes eas quis fortasse uocauerit, difficillimeque uerbum reperiat, Si tamen uel difficillime eas aliquatenus proprie exprime possit. Et cæteræ quidem mutationes rerum subiectarum sunt, hæc dñi. Illæ creaturarum cæterarum, hanc suo proprio corpori author ipse retinuit. Et cæteras qdem semel in principio iussit esse deus, & facta sunt; hanc aut ex propheticis oraculis, & rebus gestis, maximeque sacrificijs & miraculorum nouitate promittere & præfigurare ab initio non cessauit. Cui etiam magna insuper precum solennitate, & studio peruerba, quæ ad hoc ipsum propria deus ipse, ac dominus noster Iesus Christus dictauit, quotidie repetita præbet effectum. Quibus omnibus, alijsque permultis dignis prospectis, ualde credibilior hæc, chariorque, qduæ illæ, potest & debet iudicari. Si em deus id quod difficili⁹, & ab intellectu nostro remoti⁹ est, quia uoluit fecit, qmodo no id quod uidetur aliquo modo facilius, & intelligibilius, si uoluerit, fecit? Atqdifficilius illud deū fecisse nemo dubitat, Istud

C, s igitur

GVIMVN DI CONTRA
igitur facilius deū facere, si uult, nemo du-
bitare debet. Aut quare hāc quartam mu-
tationem non deberet addere deus ob me
delam hominum, qui quartā generatio
nem (ut ostendimus) addidit ob reparatio
nem salutis ipsorū, ut sicut ille summe bo-
nus, cuncta bona in creaturis, quæ fore in
eis decebat, sine inuidia esse uoluit, ita q̄c̄
mira uarietatis pulchritudine, nullius repa-
rationis modus competens deesset reb⁹:
Quoniam igit̄ satis de propositione, ut ar-
bitror, cōstitit (scilicet quoniā mutationē
hanc deus, si uoluit, fecit) probanda, tantū
restat assumptio, scilicet quia uoluit. Sed
quoniam multa adhuc exhaurienda uene-
na supersunt, oportunius id suo loco serua-
mus. Nunc igit̄ prioribus aduersarior̄
calumnijs discussis, hic si placet, aliquan-
tulum quiescamus, ut & quæ dicta sunt di-
ligentius recolas, & dum nouo initio in ea
quæ sequuntur assurgimus, animus tuus
noua intentione reperetur.

FINIS LIBRI PRIMI.

GVIM NNDI ARCHIEPISCOPI
Auersani de Corporis & Sanguinis Christi
in Eucharistia ueritate Liber. II.

GVIM VNDVS.



Vm tuis obiectiōibus respondeo, prudēter aduertat, si q̄s hāc legerit, non melaborare nūc ad expugnandū nostris ar gumētis penitus hostē, sed ad muniendam intē rim contra hostilia argumenta catholicā fidem. Et illud deo auxiliante postmodum siet. Nūc uero rē ita distinguere uolumus, ut primo hostilem disputationem debilē esse, & nihil cōtra fidē nostrā cōficerē posse mōstrem⁹, ut cū in suis inimic⁹ ubiq̄ defecerit, nostris ad ultimū deo fauēte plenius subruat. Ex q̄ re puto fieri, ut & hāretica fallacia citius sileat, & catholicayitas clari⁹ elucescat. Sed hēc ppter eos dicta sunt, q̄ se stināti⁹ q̄ res postulat satisfieri sibi oīno uolentes, quia non omnia nostra hic expensim⁹, apd se nos forsitan de inefficaciō pere reprehendant. Iā uero cætera pseqmur.

GVIM VNDI CONTRA

Ex corruptione R O G E R I V S . Berengarius dicit ; Caro
tis specie = Christi incorruptibilis est , sacramenta ues-
bus arguit ro altaris , si diutius seruentur , possunt cor-
corruptio= rūpi , Vident̄ em̄ putrefieri . G V I M V N=
nem corpo D V S . O' calumniosa lingua , ó lingua bla-
ris .

sphemijs assueta , promptior ad extorquē
dum superbe de scripturis dei suam perdi-
tionem , q̄ ad percipiendam cum fidelib⁹
salubrem refectionem . Credidit scripturis
dicentibus esse incorruptibilem , & nō cre-
didit Christo dicenti ; Panis quem ego de-
dero , caro mea est pro mundi uita , sed cō-
tra hoc ponit corruptionem . Videat itaq;
malesanis corruptis hominibus , iuxta infi-
delitatem suam , corruptibilis & putribilis
panis diuinus , & sicut scriptum est , tollat̄
impius ne unquam uideat gloriā dei , sed
semper ignominiosa de deo somniet , sem-
per scandala mediteſ , sitq; ei Christus sem-
per lapis offensionis , & petra scandali . No-
bis enim panis ille dei coelestis , ista Eucha-
ristia , diuinum illud manna , quod immas-
culati agni carnem impassibilem factam ,
nunq; Chri de sacris altaribus sumimus , per quod &
sti caro cor uiuimus , & à corruptione sanamur , nunq;
rumpitur .

Christiano culati agni carnem impassibilem factam ,
nunq; Chri de sacris altaribus sumimus , per quod &
sti caro cor uiuimus , & à corruptione sanamur , nunq;
rumpitur .

corrumperit, nunquia putrescit, quia cum de die in diem nos renouet, ipsum ueteralces re nunquia nouit. Cui sententiae beatus Ambrosius astipulatus in libro de sacramentis his uerbis: Consydera nunc utrum prestatio tior sit, panis angelorum, an caro Christi, quem utique corpus est uitae. Manna illud est cœlo, hoc supra cœlum, illud cœli, hoc domini cœli. Illud corruptioni obnoxium si in diē alterum seruaret, hoc alienum ab omni corruptione. Quod quicunque religiose gusta uerit, corruptionem sentire non poterit. Si ergo cuiquam uetusstate corruptum & putridum aliquando uideat, si is non credit hoc quod uidet, esse corpus domini, iuxta corpus suum, cum eo credimus agi, ut quæad modum de Christo peregrino, & duobus discipulis cum ipso in via loquètibus beatuis ait Gregorius) tale illi foris appareat, quiale intus in corde uidelicet credit. Si autem credit, hoc quod uidet esse corpus domini, id cum eo fieri credimus, ut aut aliqua eius negligentia corrigenda, uel punienda declareret, pro eo uidelicet, quia domini sui corpus, quatum in se est, indigne tractauit, uel contra eccle

Duo genera
ra uidentur
eucharistie
species.

GVIMVN DI CONTRA

tra ecclesiasticas regulas diutius renitendo
inobedienter egerit, aut certe fidei eius so-
liditas copiosius remuneranda comproba-
tur, qui contra id etiam quod oculis cernit
de uerbis ac potentia dñi, & communī ec-
clesiæ fide nō dubitauerit. Ad hæc quæ di-
cimus, ex diuinis libris exempla nobis in-
promptu sunt.

Iod. 20. Maria nanç Magdalena
nondum resurrexisse dominum credens,

LUC. 24. iuxta incredulitatem suam quasi hortula-
num uidit. Discipulis quoç dubitatibus,
ipsa resurrectionis die tanquā peregrinus
apparuit. Vbi etiam quomodo credentū
negligētia puniatur uel corrigatur uideri
potest. Nā qñ pphetias de Christo min⁹
diligenter attenderant, de negligētia pri-
mū qdē puniri, dū stulti uocāt, deinde cor-
rigi, dum scripturæ eis aperiuntur, merue-
runt, diximus. Tantus enim autor non ea
scriberet, nisi & ipse uera esse crederet, & di-

Quid tota
humanita-
tis Christi
dispensatio
intenderit. gna credi à posteris iudicaret. Postremo,
totam ipsam dispensationē humanitatis
dominicæ animo percurramus. Tota qps
pe talis extitit, de qua & inimicorum incre-
dulitas magis excæcanda, ppter eaç dam-
nanda

nanda, scādalizaret, & credentiū fides ma
 gis augmentanda, & propriea probāda, Mat. 1.
 coronaret. Quid em̄ hoc ipsum, quod de Luc. 1.
 uirgine desponsata Ioseph nasci uoluit? Mat. 13.
 Nonne & inimicis ad augmentū mortis Marc. 6.
 ferē impietatis scandali causa fuit, ut appell Luc. 4.
 larent illum filiū fabri, & credenti Petro ad Mat. 16.
 augmentum remunerandæ fidei profuit? Marc. 8.
 qui in nullo per hoc impedit⁹ dixit: Tues Luc. 9.
 Christus filius dei uiui. Quid deniq; tota
 carnis eius infirmitas? Nōne & ipsum dia
 bolum usq; adeo excæcauit, ut nec miracu
 la inaudita pri⁹ attendēs, usq; ad occidēdū
 eū insurgeret, nec damna inrestaurabilia
 sibi exinde prouentura puderet? Ex eadē
 tamen infirmitate tantisper illuminant p
 fidem hodie quoq; fideles, ut non solū uas
 leant ipsius adiutorio fidei, infirmitatibus
 non deficere, sed eius insuper domini sui
 auxilium credentes, per charitatem, qua
 pro ipsis infirmatus est, usquequaq; fidu
 cialius audeant implorare. De morte aut
 eius qd dicā? Nōne dicit Apls, ga p ipsam
 Christ⁹ iudeis est scādalū, genib⁹ aut stul
 uitia, Christianis yō Chīs dei yō et deisa
 pientia

GVIMVN-DI CONTRA

pientia. Sicut igit̄ tunc cū inter hoēs mor-
talis adhuc Christus uiueret, circa eius car-
nem agebat, ita etiā q̄ diu ecclesia ei⁹ usq;̄
ad consummationem seculi mortalis erit,

Nūq̄ caro pro eadem utilitate ecclesie, qua illa tūc fie
Christi apd bant circa ipsam eādem carnem, salua inz
impios scā corruptione eius, tale quid specietenus ap
dalo, apud parere potest unde scandalizenf & conte-
pios laude nebrentur semper increduli, exerceant̄ aut̄
destituetur & illuminenf magis electi . Quapropter
desinant homines mēte corrupti & putri-
di, corruptelam & putredinem opponere

Luc. 24. sacramentis dei: quia sicut assumpta pere
Ioan. 20. grini uel hortulani uel leprosi species, fide-
lium negligentiam uel increpauit, uel cor-
ripuit, uel fidem dilectionem q̄ probauit,
ueritatem tamen essentiæ Christi nō euac-
cuauit, ita si quādo putredo, uel aliud simi-
le indecens quid in ecclesiæ sacramentis
appareat, ad negligentiam ministrorum
puniēdam uel corrigendam, uel ad fidem
certe, dilectionem ue probandam, ut dixi
mus, ualeat, ueritatem tamē essentiæ domi-
nicæ carnis & sanguinis euacuare nō po-
test. Proinde ergo nec istas ecclesia dei hę-
reticorum

feticorꝝ uersutias metuat, quę ipsam & totam carnalem mortis dispensationem dominii sui sibi quidem salutem, scandalū autē semp̄ fuisse reprobis nō ignorat. R O G E.

A muribus qꝝ, uel huiuscmodi qbuslibet animalibus corrodi uel cōsumi hęc sacramenta posse obiiciunt. G V I M V N.

Mihi equidem sacramenta hęc nequaquam à muribus, uel aliquibus brutis animalibꝝ uident̄ posse corrodi. Quod si aliquando uelut corrosa uideātur, quod nunc de hor tulano, de peregrino, de leproso diximus, responderi potest, id est, non esse corrosa, sed uel ad puniēdam uel corrigendam ministrorum negligentiam, uel ad probandā eorum qui hoc uiderint, fidem, in tali specie posse uideri. Ad hoc uero quod à brus tis animalibus consumi posse dicuntur, respondere possumus ob prædictas causas, id est, probandæ fidei, aut damnandæ seu corrigendæ custodum negligentiae, bruta animalia eotenus ad corpus Christi posse accedere, quo usqꝝ potest humanus uisus aspicere. Deinde autē mox inuisibiliter angelorum sibi assistentium semper ministe

c
rio, uel

Obiectio de
muribꝝ cor
rodentibus
species.

GVIM VNDI CONTRA
rio, uel suapte uitute raptū iri, in cœlisq;
constitui. Cuius sententiæ martyr glorio-
Tarsilius. sus Tarsilius nobis idone⁹ testis occurrit.
Qui cū ueneranda dominici corporis sa-
cramēta portaret, à paganis forte superue-
nientibus, & quidnam ferret exquirentis
bus comprehensus est. At ille mori potius
q̄ sanctum dare canibus eligens, palmam
gloriosæ mortis emeruit. Illi uero curios-
sissime oīa scrutantes, rapto cœlitus corpo-
re, nihil penitus, nisi sola linteamina repe-
rerunt. Porrò uero si quis se uidisse dicat,
nam isti contra quos agimus non curant
quid proferant, dum tamen aliquid ne res-
cite credant semper obijciant, hæc à brutis
animalibus deuorari, & inter eorundē cor-
pora inueniri, licet tale testimoniuū nō sit
facile recipiendum, dignūue responsione
uideatur, tamē ne quid neglexisse uel eui-
tasse putemur, responderi potest, quoniā
si placet Christo, uel propter eas quas mo-
do diximus, uel propter alias quaslibet, q̄s
ipse nouerit causas, ut hęc sacramēta absq;
sui corruptione à bestijs siue auibus co-
medi possint, quid hoc ad yitatē, quā cre-
dimus

dimus, dñici corporis obstat? Certe enim non magis bestiarum uel auiū, q̄ nostro lē dīt gustū. Sed pro uilitate bestiar̄ ora uel auium rostra refugit, q̄ in lapide sepulchri iacuit; qui post resurrectionis etiā gloriā terram calcauit. Manifestissimum quippe est ex ordine dei, animata corpora inanis matis, sensibilia insensibilib⁹ meliora esse. Necq; huic sententiæ ullū uel tenuiter sciolum refragatur credo. Quæ aut̄ meliora sunt, apud optimū dñum chariora, ideoq; honorabiliora sunt. Quo sit ut corpus cuius iuslibet uiui animalis non sit apud deum uili⁹ q̄ terra & lapis. Sed ipsum Christi corpus, sicut iam diximus, in lapide iacuit, & terram calcauit, non igitur propter aliquā uilitatem cuiuscunq; animalis corpus horrescit. Quapropter, etiamsi aliquo diuino iudicio, bruta quælibet animalia non solū sacrosancta mysteria tangere, sed etiā ualeant deuorare, nulla tamen ex hoc nobis ratio obuiat, q̄ ueritatē dñicę carnis & sanguinis, quā tenem⁹ in sacrīs mysterijs, nos negare compellat. Quocirca sufficienter excusa et hac blasphemia cetera uideam⁹

e 2 Deigne

GVIMVNDF CONTRA

De igne igitur grandis quoq; quæstio ori-
tur, pro eo, quod in quibusdam, ut aiūt, ca-
nonibus igni tanq; absumenda sacra my-
steria tradi iubent, ueretamen nō ut com-
bustione cōsumant, id præcipit, sed tanq;
oīm elementorū purgatissimo, ac mūdissi-
mo dignissimōq; quod oīa reliqua elemē-
ta purgat, ipsum yō ex reliquis nec inqui-
nari ualet, nec indiget expurgari, ueneras-
biliter committi iubent. Satis tamē mihi
placeret, ut quando aliqua negligentia uel
certe miraculum nouum de tantis myste-
rijs accidit, id inde fieret, quod mihi magi-
ster meus uir eximius sine dubitatione cre-

Lanfrācius. dendus, dñs Lanfrancus se puero in Italia
Mira de sa factū esse narrauit. Nam cū presbyter qdā
cramēto al missam celebrans, inuentam sup altare ue-
taris histo- ram carnem, & uerum in calice sanguinē,
816. secundum propriā carnis & sanguinis
speciem, sumere trepidabat, rem protinus
suo Episcopo consiliū quæsiturus aperuit,
Episcopus aut̄ cum multis coepiscopis ad
hoc conuocatis, calicem illum cū eadē car-
ne & sanguine diligenter opertū ac sigilla-
rum in medio altaris inclusit, pro summis
reliquijs

reliquijs perpetuo reseruandum. Si tamē
sacra mysteria ignibus imponunt, nō tra-
duntur eqdē ignibus cremanda, sed mū
dissimo, ut dixi, elemento fideliter cōmit-
tuntur, nobis occultanda, & supernis sedi-
bus illico reponenda. Quod si forte cuius
curioso uideant̄ comburi, certissime noue-
rit, q̄ dominici sacramenti substantia qdē
nullatenus cremaſ, sed à nobis, ut dictum
est, cœlestia petens arripitur: qualitates ue-
ro sensuales, quas ibidem post immutatio-
nem substantiæ deus remanere altissimo
consilio uoluit, ostendunt quod suum est.
Vnde fit ut color & sapor, odor quoq; , &
si qua huiusmodi accidētia prioris essentie
uidelicet panis, seruantur, quemadmodū
in pane uel iusculato uel minus diu serua-
to solet fieri. Simili modo hic quoq; , salua
omnino dominici corporis substātia, cor-
ruptioni ipsa accidentia aliquatenus uidē-
tur obnoxia, quaten⁹ cœlestis altitudo my-
sterij, retentis uelata accidentibus, passim
reueletur incredulis, & probatæ fidei meri-
to, uberiorius & gratius commendet̄ iustis.

R O G E. Si panis & uinum in Christi car-
e 3 nem &

GVIM VNDI CONTRA

nem & sanguinem uerteretur, iam toties,
inquiunt, talia deuorata sunt, ut si Christi
corpus tam magnū ut ingentissimus mōs
fuisset, iam totum deuoratū consumptūq;
fuisset. G V I M V N. Ita equidem uideret
consequens, si nos concederemus corpus
domini membratim discerpi, atq; ita par-
ticulatim à fidelibus manducari, ut iā sine
ullo suidamno totū apud se remanere nō
posset. Sed quoniam ad instar uocis, quæ
inter mille homines (ut supra dictum est)
ab uno prolatā, ad singulos tota peruenit,
& apud dicentem tota remanet, ita domi-
nicum corpus à singulis comedī credim⁹,
ut tamē apud se totum, integrumq; rema-
nere fateamur, iam nos in nullo impediēs
hæc obiectio uana conticeat. Quia sicut

Augustinus, beatus *Augustinus et Eusebius Emesen⁹*
Eusebius. dixerūt hæc gratia dei scit distribui, nescit
distributione consumi. R O G E. Corpus
dñi incōueniēs est in secessum mitti, Om-
Mat 15. ne autem qđ intrat in os, ut saluator ait, in
uentrem uadit, & in secessum emittit. De
nicq; de sacramentis istis, si multi panes, ut
inqūit, & multa uina facrent, potest q̄s lōz
go temp

go tpe uiuere, nihil aliud comedens aut bibens, unde igitur habebit secessum illo tpe, nisi ista in secessum uadant? Hæc sunt interim quæ mihi de rationibus Berengarij occurunt, quibus postq; responderis, auctorates opponam. G V I M N N D. Corpus domini quidem nullo modo in secessum mitti & nos credimus, Sed non oia que in os intrant in secessum ire credim⁹: Nō em sententia illa dominica, nisi de cibis, qui ad sustinendam huius mortalis corporis uitā ingeruntur, competenter intelligi potest. Nemo est em qui de eo, qd̄ saluator post resurrectionem suā comedit, sicut nec de angelis qui apud Abraham comedenterunt, id uel audeat suspicari. Sicut igitur cibus corruptibilis, cum ab immortalibus sumitur, hac secessus iēge commode credit nō teneri, Ita cibum incorruptibilem, quod est corpus domini, cum à mortalibus editur, secessus necessitatem pati nephas est arbitrari. Absit enim ut in honestam corporis egestionem cibus ille sustineat, qui corpus & animam ad eternam honestatē parat. Sed si cui hoc quod dicimus fortasse

Gene. 19.

e 4 non

GVIMUNDI CONTRA

nō sufficit, audiat quod de ipsis nostri corruptibilibus cibis phisici, & medici maxime, certissima ratione doceant, dicentes, partem quidem ciborum & potuum, eā uidelicet, quę corpulentior & corruptior est, per secessum egeri: partem aut̄ subtiliore et utiliore, ui naturae per diuersas corporis partes distrahi, & in carnis naturam ac sanguinis uersum iri: partem uero altam, subtile quidem, sed minus utilem, per partes corporis similiter transfusam, per poros euaporari: partem autem residuam, neq; transper subtilem, neq; adeo ut prima est, corpulentam, per fluxum narium aut per spuma, uel quolibet simili modo iactari. Quæ si ita sunt, imò quia ita sunt, non igitur cibus qui in uentrem uadit, omnis in secessum emittit. Sed neq; dñs hoc in Euangeliō dixit. Illud quidem ex sententia dñi intelligimus, quod omnis cibus & potus, q; ad sustentandū corpus in os intrat, in uentre naturaliter uadit, nō tamen dixit, & omnis in secessum emittitur, sed id tantū dixit, & in secessum emittitur, de parte uidelicet omnibus notissima loquēs. Et hęc quidem

quidem quantum ad hunc locum attinet,
de hac sententia Euāgelica dixisse sufficiat.
Cæterum si quis hanc domini sententiam
enucleatius sibi exponi desyderat, exposi-
tiones Euāgeliorū studiosius legat. Nobis
ēm in præsentiarū hoc tantum dixisse suffi-
cit, ne quis nos existimet dominicæ sñiæ
contraire. Siue aut̄ hoc modo, siue quolibet
alio, prædicta quæstio de sententia do-
mini conuenientius soluatur, hoc interim
quod ad suscep̄tam disputationē satis est,
constat, scilicet, quia nō omne quod in os
intrat, in secessum emittit. Frustra igit̄ &
hec nobis offertur obiectio, quia nullo mo-
do per eam impedimur, quod de mēsa do-
mini sumimus, corpus & sanguinem dñi
credere, cum tam multa alia sciamus, quæ
in os intrant, in secessum nō ire. Illud nūc
quod addunt ex se uideamus. De istis, in-
quiunt, sacramentis, si multi panes & mul-
ta uīna sacrent, potest longo tempore ui-
uere nihil aliud comedens aut bibēs, unde
autem secessum habebit tēpore illo, si non
ista secessum petat. Illud equidem ego cō-
siteor, quoniam ex uirtute sacrosancti cor-
poris

GVIM VNDI CONTRA

poris, si placet ita deo, propter aliquā quā
ipse nouerit causam, non dico ex multitu-
dine panum, sed uel ex modica portiuncu-
la potest quis longo tempore melius, q̄ ex
omnibus huiuscemodi epulis sustentari.

Helias. Nam si Helias ex uirtute refectionis illius
D. Reg. 19. quam ex duobus subcineritijs panibus &
modico aquæ, angelo ministrante percep-
perat, quadraginta diebus totidemq; nos-
tib; uixit, quanto magis ex uirtute hu-
ius cœlestis diuiniq; conuiuij, in quo non
iam subcinericios panes, & aquam de ma-
nu angeli, sed ipsius uerbi dei propriā car-
Solo sacra nem & sanguinem de manu eiusdem su-
mento pos- mimus Christi, potest quispiam nullo alio
se quem su cibo utens, si quando ita uoluntas dei est,
stentari. optime sustentari. Deniq; & hoc de qui-
busdam patribus sanctis legimus, q̄a nullū
aliud sumentes edulium, prorsus sola com-
munione dominica, diebus tantum domi-
nicis saginati, multis annis uixerunt. Hoc
igitur cōcedere possumus, posse uidelicet
aliquem ex uirtute dominici corporis per
diuinum miraculum longo tempore uiue-
re, secessum aut ei posse fieri exinde, oīno
deneg

denegam⁹. Si qđ sane interim habet secessus, aut ex religi⁹ p̄terior⁹ cibor⁹, aut ex defectu sui corporis id esse necesse est. Sed hoc ingt Berengarius, iā manifeste probatum est (ita eī nōnulli p eo nobis respōderūt) nec⁹ ex religi⁹ p̄terior⁹ cibor⁹, q̄ppe pp̄ter diuturnitatē longi t̄pis iā consumptis; nec⁹ ex defectu propriæ carnis, q̄ppe consueta corporis pinguedie p̄manēte, eucha⁹ istia pastos habuisse secessum. O hæriti⁹ ca malicia, hoccine expimento atua es probare! hoc te p̄basse ausa es dicere! hoc manifeste ausa es p̄palare! Quām immanissima audacia, nec præsentis dei tremendam maiestatē in expiēdo ptimuisti, nec Chri⁹ stiani populi pro tanto scelere digne sœuſturā indignationē in referēdo formidasti! Hic q̄qz tñ quero, qñ uel à quo istud, p̄bas tū est. Si eīn antiq⁹ t̄pibus id probatū esse dicat, cū nullus hoc autor⁹ probabiliū reſerat, nullo modo credendū est. At si, p̄pin quis temporibus probatum est, quis probauit? catholicæ partis equidem nullus. Quis enim hunc sacramentum panem Christi corpus uere esse crederet: & de exp̄riendo

GYMUNDI CONTRA

riendo tam nephandissimo scelere cogitat. Quod si ipse, uel suæ partis quispiam panes multos, aut pergrandem unum, tale quid probaturus sacrauit, nos de missa in

Nō oēs cō fidelium, & maxime tantum nephas pro secrat, q id bare uolentium, qcquid eis contigerit, nō attentātnō magnopere iam curamus. Non em nisi a debito mō. pud eos, qui uerba Christi per uirtutē diuinam tantæ rei operatoriam esse credūt, pamen & uinum in carnem & sanguinē dominī transire necessario confirmamus. At si forte aliquando quemlibet simplicē, catholicum presbyterum ignorātem ad qđ hoc fieret, ut plures sibi panes, aut unū maximum sacraret, ob id ipsum experimentū decepit, aut suæ partis quispiam forte cum catholicis missam celebrans itidē fecit, corpus equidem Christi, quod sacratū est credimus, sed aut nūq in secessum isse, aut eodem corpore dñi inuisibiliter assumpto, dignum fallendis refellendisq; hereticis, qui secessum facere panē ab angelis siue à malignis spiritibus repositum respondemus. Nam in Vitis Patrum (quas si Berengari recipere non uult, ad instructionem tamē aliorum

allorum hoc proferam) legitur quod aspiciēte
 quodam sanctissimo patre, cutus ad id cer-
 nendum deus oculos apuerat, quibusdā
 indignis communicaturis corpus dñi in-
 uisibiliter angelus subtrahens, carbonem
 porrigebat, contra hanc de secessu quēstio-
 nem posteros fortasse præmuniens. Non
 quod id semper indignis cōmunicaturis
 faciat, sicut de hac re uolente deo posteri⁹
 ostendemus. Sed & beatus Augustinus,
 quem saltem Berengarius nunq̄ respuit,
 in libro de Ciuitate dei, similem subtractio-
 nem per apostatas spiritus factam de Ephi-
 genia uirgine, regis Agamemnonis filia,
 dicit, asserens, quod cum à patre dijs īmo
 lāda esset, ut miraculi nouitate miseris ho-
 mines altius falleret, diabolus eam subtra-
 xerit, pro qua interim alicubi sumptā cer-
 uam supposuerit. De quodam etiam suis
 tēporibus magna contigisse mirabilia re-
 fert, qui inter iumenta uidebat in specie ca-
 balli frumenta subuehere, cū ipse interim
 grauissimo sterteret uelut somno opp̄ssus,
 & eius specie assumpta diabolus, ac deinde
 coram hominibus in caballum trāforma-
 tus, su

Augustinus

GVIMVNDI CONTRA
tus frumenta portaret. Quocirca, quoniā
uel in missa non credentiū per uirtutē uer
bi dominici corpus domini non sit, uel cer
te corpore domini diuina ȳtute, uel ange
lico ministerio inuisibiliter ablato, potest
hæreticis secessui congruus panis, aut ab
angelis, aut à dæmonibus subiici. Iā de tali
experimento Berengarius & sequaces ei⁹
contra ecclesiam dei desinant oblatrare, cū
salua usqueq; in sacrosanctis mysterijs
dominici corporis ȳtate, magis ipsi altius
in sua stultissima curiositate conuincantur
errare. R O G E R. Reuera dei gladio ar
mat⁹, multiplicē serpente q̄stionis huius
mira uiuacitate concidisti, Et ego gratias
ago deo, q̄a de q̄ uehementer angebar, sus
ficienter mihi satisfactum esse conspicio.
G V I. Nonne & illud audisti, in q̄ uel ma
xie deridēdo catholicos gloriaſ? R O G E.
Quid nam illud? G V I. Christus, inquit,
nunq̄ fuit seminat⁹, necq; collect⁹ in agris,
Sed ista fuerunt seminata in agris & colle
cta, quomō ergo possunt esse corpus Chri
sti? R O G E R. Hoc profecto argumentū
uel nunq̄ audierā, uel mēte excederat, cui
quid

qdīnderi cōgrue debeat, abs te cōseq̄nter
exponi desydero. G V I. Irridenda planē
hāretici īflana derisio. Quis est eīm hoīm
in cui⁹ carnē manducata nō muten̄ ea q̄
fuerint seminata & collecta in agris? Quo
sit ut oēs hoīes, q̄ uescunt his, q̄ in agris se
minata et collecta sunt, seminati & collecti
in agris possint dici. Et sic falsum est qđ ait
Berēgarius, Christus nunq̄ seminatus est,
neq̄ collectus in agris. Aut si propter hāc
causam nullus homo seminatus uel colle
ctus in agris credit̄, quid ergo impossibile
est, si in Christi corpus neq̄ seminatū in
agris, neq̄ collectum, ea quæ in agris semi
nata & collecta sunt cōueriant̄. Sed neq̄
ea, quæ fuerunt in agris seminata & colle
cta, conuerti h̄ic dicimus. Panē eīm in car
nē conuerti dicimus, panis uero nunq̄ in
agris seminat̄ uel colligit̄, sed grana ex
quibus conficit̄. Quod si ita est, falsum er
go & illud est, quod ait Berēgarius, ista fue
runt seminata & collecta in agris. Rideau
tur igit̄ & in his, nec tumeat uanus irr̄is
tor, cum omnia firmamenta oppositio
num eius, uelut aranearum telæ, conatu
facili

GVIMVNDI CONTRA
facili disrumpantur. R O G E R I V S . Reci-
pienda dignissime et toto corde amplecte-
da uident mihi cuncta quæ dicis. G V I .
Hæc igitur sunt omnia, inquatum adhuc
audiuimus, quibus tanq; ronibus Beregas-
rius, et sautores sui contra ecclesiam dei ha-
ctenus uacillarunt. Quibus ut arbitror sus-
ficienter explosis, iam nunc ad ea, quæ de-
scripturis sanctorum patrum sibi uident
sumere patrocinia ueniamus. R O G E R .
Aug. de do-
ctrina Chri-
stiana. Augustinus in libro de doctrina Christia-
na, cibum dñici altaris signum et figuram,
ut ipſi afferunt, nominat, dicēs : Hoc uero
tempore posteaq; per resurrectionem dñi
nostrī manifestissimum indicium nostræ
libertatis illuxit; nec eorū quidem signorū
quæ iam intelligimus operatiōe graui o-
nerati sumus, sed quædam pauca pro mul-
tis, eademq; factu facillima et intellectu an-
gustissima, & obseruatiōe castissima ipse
dominus, et apostolica tradidit disciplina,
Sicut est baptismi sacramentū, & celebra-
tio corporis & sanguinis domini. Quæ u-
nusq; perceperit, quo ferantur imbutus
agnoscit, ut ea nō carnali seruitur, sed spir-
itu

ritali potius libertate ueneret. Ut aut̄ literam sequi, & signa pro rebus quæ his significant accipe seruilis infirmitatis est, ita inutiliter signa interpretari male vagantis erroris est. Audistis igit̄, inquiunt, q̄ sacra mēta altaris signa dicit, deinde infert; Quæ unusquisque cū perceperit, quo ferant imbutus agnoscit, ut ea nō carnali seruitute, sed spiritali potius libertate ueneret. Audistis quia non carnali seruitute, sed spiritali potius libertate ueneranda esse ista dicit. Et quasi quærens quid est carnali seruitute signa uenerari, literam inquit sequi, & signa pro rebus quæ his significantur accipe, seruilis infirmitatis est. Item in sequentibus: Si aut̄ flagicium aut facinus iubere, aut utilitatem & beneficētiā uidet̄ uetare, figura locutio est. Nisi manducaueritis, inquit, carnem filij hoīs, & sanguinem biberitis, non habebitis uitam in uobis, facinus & scandalum uidetur iubere, figura ergo est. præcipiens passioni domini esse cōmuniſcandum, & suauiter atq̄ utiliter recondendū in memoria, q̄ pro nobis caro eius crucifixa & vulnerata sit. Audisti ergo, aiūt, si

f guram

GVIM VNDI CONTRA

gurā, quid amplius requiris? Adde tamen
q[uod] apud o[mnis] ecclesiasticos autores, sed & in
collectis missar[um] q[uod]s ubiq[ue] ecclesia celebrat,
panis altaris dicit sacramentum, q[uod] est sa-
crum signum. G V I M V N. O uiri insipie[n]tia
enter sapientes, nec Augustinū, nec cætes
ros autores sanctos, nec consueta ecclesiæ
uerba intelligentes, aut certe male peruer-
tentis preclarar[um] diligentia. Nusq[ue] etem Au-
gustinus in libro de doctrina Christiana,
cibū altaris dñi, signū uel figurā uocauit.
Sed celebrationem dñici corporis signū
dixit, quod idem & nos credimus. Nam
quoties celebratio corporis & sanguis dñi
agitur, non equidem Christum iterū occi-
dimus, sed mortē eius in ipsa, & per ipsam
celebrationem memoramus. Estq[ue] ipsa ce-
lebratio passionis Christi quidem com-
memoratio, Cōmemoratio autē passionis, ip-
sam passionem significat. Celebratio igit[ur]
corporis & sanguinis dñi, passionis Chri-
sti est signum. Et hoc est quod ait beatus
Augustinus: Hoc uero tpe, posteaq[ue] per re-
surrectionē dñi nostri manifestissimū indi-
cium nostræ libertatis illuxit, nec eorū qdē
signore

signorū q̄ sā intelligim⁹ opatiōe graui one
 ratissimus, sed qdā pauca p̄ multis, eadēq̄
 factu facillima, & intellectu augustissima,
 & obseruatiōe castissima ipse dñs & Apos-
 tolica tradidit disciplia, sc̄uti est baptismi
 sacramentū & celebratio corporis & san-
 guinis dñi. Qd̄ yō addidit, q̄a sequiliterā,
 & signa pro rebus q̄ his significant accipe
 seruile infirmitatis est, de signis veteris Tē
 stamenti, de qb⁹ hic loq̄bat, dicit. Reuera-
 em̄ seruile erat & infirmū, secundū literam
 tñ circūcidi, pecudes immolari, neome-
 nias et sabbata celebrare agnū, petrā, &cē
 tera hmōi quæ Christū significabant, pro
 Christo accipe. Qd̄ si etiā de celebratione
 domīci corporis, quā signū uocauit, hoc
 Augustinus dixit, & nos ultro sequimur.
 Nam cū dñs in celebratione dñici corpo-
 ris Christus imolat, nemo carnaliter hoc
 secundū literā debet accipere, Christ⁹ em̄
 semel mortuus, iā nō morit, mors ei ultra
 non dominabitur. Sed dum passionem
 eius, missas celebrando memoramus, pro
 nobis olim mortuus designatur. Des-
 nique si quis dicat: Celebratio dominici
 corporis

f

corporis

GVIMVNDI CONTRA

corporis, est dominica passio, tanq; carnali
ter sentiens à nobis repellitur. Non est ce-
lebratio ipsa dominica passio, sed domini-
cæ passionis iam peractæ significatiua cō-
memoratio. Vbi aut̄ seq̄tur Augustinus
dices: Si aut̄ flagicium aut̄ facinus iubere,
aut̄ utilitatem & beneficentia uidetur ue-
care, figurata locutio est: nisi manduaueri-
tis carnem filij hoīs, & sanguinem biberi-
tis, non habebitis uitā in uobis, facin⁹ uel
flagiciū uideſt iubere, Figura ergo est, p̄cis
piēs passioni domini esse cōmunicandū,
& suauiter atq; utiliter in memoria recon-
dendum, q̄ pro nobis caro eius crucifixa,
& uulnerata sit. In qua re facinus uel flagi-
cium uideatur præcipere, ipse Augustin⁹
in alio loco satis diligenter exponit. Non
nostram opinionē in uerbis Augustini se-
quamur, sed ipsum diligenter exponentē
audiamus. Exponens eī Psalmū nonas
Augustinus
Psal. 98. gesimū octauū, sic dicit: Du& illis uisum
est quod ait: nisi quis manduauerit carnē
meam, non habebit uitā eternā, & accepe-
run: stulte. Carnaliter illud putauerunt &
cogitauerunt q̄ præcisurus esset dominus
particu-

particulas quasdam de corpore suo, & daturus illis, et dixerunt, durus est hic sermo.
G V I. Sed & super Euangeliū secundum Ioannem, ubi hæc eadem uerba copiosius tractauit, hoc ipsum flagicium uel facinus quod eum præcipere putabant, latissima expositione prosecutus est dicens Augustinus: Hoc uos scandalizat, quia dixi carnē meam do uobis manducare, & sanguinē meum bibere: hoc uos nēpe scandalizat: Si ergo uideritis filiū hois ascendentē ubi erat prius. Quid est hoc? Hic soluit qđ illos mouerat, hic aperuit unde fuerunt scandalizati. Hic planè si intelligerent: Illi enim putabant erogatur corpus suum, ille aut̄ dixit se ascensurę in cœlum, utiq̄ integrū. Cum uideritis filium hominis ascendentē ubi erat prius, certe uel tunc videbitis, qđ non eo modo quo putatis nunc erogatur corpus, uel tunc intelligetis, qđ gratia eius non consumitur mortibus. G V I. Et iterū Augustinus: Isti aut̄ cito defecerūt, talia loquente domino Iesu, non crediderūt aliquid magnū dicentē, et uerbis illis aliquā gratiā cooperiētem, sed prout uoluerūt, ita intellexerunt

f 3

GUIMUNDI CONTRA
lexerunt, & more hoīm, qā poterat Iesus;
aut hoc disponebat Iesus, carnē qua indu-
tū erat uerbū, ueluti concisam distribuere
credētib⁹ in se. G V I. Et paulo post Au-
gustinus. Quid ergo? Nō prodest qcq̄ cas-
ro? Sed quō illi intellexerunt? Carnē q̄ppe
illi sic intellexerunt, quō in cadauere dila-
niat aut in macello uendit, nō quomō
spiritu uegetatur. Et iter⁹: Spiritus est qui
uiuiscat, caro aut nō prodest quicq̄, sicut
illi intellexerunt carnem, non sicut ego do
ad manducandum meam carnem. Certe
em̄ in his uerbis declarauit sanctus Augu-
stinus qđ flagiciū & facinus uidebat dñs
iubere, hoc uidelicet, quod eis q̄ audiebāt,
dur⁹ uiuism⁹ est. Vnde & scādalizati sunt,
qui acceperūt, ut inq̄t, stulte & carnaliter.
Sed quare stulte & carnaliter? Quia putas
uerunt, inquit, q̄ præcisurus esset dñs par-
ticulas quasdam de corpore suo & daturus
illis; putauerunt q̄ gratia eius consumeret
mortibus, & carnem qua indutū erat ybū
ueluti concisam, quomodo in cadauere di-
laniat, aut in macello uendit, distribueret
credentibus, non sicut spiritu uegetatur.

Hoc

Hoc est ergo facinus & flagiciū, qđ, ut ait
 b̄t̄s Augustinus, uidebat dñs iubere, nō
 q̄a facinus & flagiciū iuberet, iubēdo mā
 ducari carnē suā, sed uideſt, īgt, iubere, illis
 uidelicet, qui putauerūt, q̄ hoc iubēdo, ne
 cessario eiā le iubere occidi, & mēbra con
 cidi, atq̄ ita carnē eius crudam uel coctam
 manducari. Proinde ergo figura est, īgt,
 hac in locutione. Hic iā adgaudet fortassis
 umbraticus, hic iam obſtrepit. Noli p̄po
 stere umbratice, noli præcipitāter gloriari.
 Cuius rei figura dicatur hic esse, patienter
 & diligenter aduertere. Figura ergo est, ait
 Aug. præcipiēs. Quid p̄cipiēs? Hoc em̄ si
 gurat, qđ præcipit. Paſſioni dñi, īgt, com
 municandum, & suauiter ac utiliter re
 condendum in memoria, quod pro nos
 bis caro eius crucifixā, & uulnerata sit.
 Deo gratias. Quicquid igitur illud est,
 quod Augustinus hic figuram appellat,
 (nam quid figurā dicat in his eius uerbis
 agnoscī nō tā facile potest) nō ut q̄ corporis
 dñi, sed crucifixionis eius, nostræq̄ cōica
 tionis cū ea. i ut imitemur Christū, & cōis
 temus paſſioni eius, cōicando, cōpatiēdo,

GVIMVNDI CONTRA

manifestissime figuram esse demonstrat,
Paulo quoq; Aplo concordante, qui ait:
Quotiescunq; panem hunc māducabitis,
& calicē domini biberis, mortē dñi annūs
ciabitis donec ueniat. Quod si quæramus
quid hic figuram Aug. dixerit, nihil utiq;
tam congrue uidet̄ occurrere, q̄ id qđ pau
lo superius doctor idem iā dixerat, uel cele
bratio ipsa corporis & sanguinis domini.
Quas ob res, stulte & insipientissime Berē
gariani librū de Doctrina Christiana nos
bis obīciunt, cū cibus altaris dñi nusq; ibi
figura, nusq; ibi signū dicatur, ut qcquid il
lud sit, quod signū ibi & figura dicitur, nō
utiq; signum & figura corporis & sanguini
nis dñi, sed passionis dñi, & nostræ cōmu
nicationis cū ea, certissime demonstretur.
Porro aut̄ si ipsam eucharistiā contentiose
afferunt ab ecclesia uocari signū uel figu
ram (uocatur eīn sacramentū, id est, sacrū
signum) quid sibi quæso in hoc conferūt?
quid nobis oberit? Nos quippe illam nō
ueremur dicere figuram & sacramentum.
Hic fortasse respondebit umbratic⁹, quod
& dicere solitus est: Si figura est, quomō
x̄itas

Quo^o eucha
ristia sit fi
gura.

ueritas: Si sacramentū, quomodo vītas
 O' male cordati hoīs insulsissima ratio: nō
 legisti in Euāgelio ipsum Christum signū
 appellari: dicente Symeone: Ecce hic posi
 tus est in ruinam, & in resurrectionē mul
 torum in Israel, & in signum cui contradi
 cetur. Et in Canticis caticorū ipse ad spon
 sam suam dicit: Pone me ut signaculū su
 per cor tuū. In Esaia quoq; legitur: Erit ra
 dix lessē, qui stat in signū populorū. Qua
 propter si Christus, & uerus Christus est,
 & signum, nihil nos impedit, si hoc quod
 de altari domini sumimus, cum sit uerum
 Christi corpus, dicatur & signum. Sed cu
 ius rei forsitan inquies, nisi dominici corpo
 ris est signū: Et ego uicissim abs te regro,
 cuius rei Christus est signum: Si mihi re
 spondes, tu ipse quod interrogas soluis. Si
 illud nō respōdes, nec me respondere hoc
 cogis. Ad instructionem in fideliū, de hac
 re sicut dominus dederit aliqua dicā. Chri
 stus em, quando seipsum pro nobis obtu
 lit, factus est nobis signum redemptionis.
 Omne em pretium translationis, eius rei
 cuius est pretium, signum est. Christus igi
 f , tur

Luc. 2.

Cant. 8.

Esa. 11.

GVIMVNDS CONTRA

tur quandoquidem redemptor noster est,
ipse de morte ad uitā nos transtulit, & qm̄
ipse est et pretiū nostrū huius nobis trāsla-
tionis, idē nostræ redēptionis est signū.
Non absurde ergo credimus, si simili q̄bz
ratione cibū altaris dñici, & propterytutē
diuinitatis in eo plenissime habitantis, no-
stræ salutis effectiuū, & qm̄ pretiū nostrū
est, eiusdem salutis nostræ credimus signi-
ficatiuū. Christus deniq̄ inter deū & hoēs

2. Tim. 2. mediator, dum nobis semp uelut arcus in
nubibus, ex diuina consistens & humana
substantia, fulget in prædicatoribus, cūq̄
pater pro nobis iterpellantē semp aspicit,
Inter deū & hoēs signū est foederis sempi-
terni. Luxta quod scriptum est. Ponam ar-
cum meum in nubibus, & erit signū foede-
ris mei inter me & inter terrā. Huius q̄bz

Gen. 9. diuini fœderis, huius tā saluberrimæ pacis,
sacrosancta altaris oblatio, à nobis credit̄
signum. Sed illud quod de uirgine natus
est Christus, nobis est signū, quod & nos

de matre uirgine in Christo renascimur, quā
despondit Ap̄ls uni uiro uirginē castā ex-
hibere Christo, quæ est ecclesia in Christo,
crescen-

2. Cor. 11.

crescentem nostrū profectū, donec occur-
ramus in uirū perfectū, præsignatū atten- Ephe. 4.
dimus. Ipse dæmonia enīcit, lanitates perfici-
t, tertia die cōsummat. Et nos p̄rīo qdē
uicia expellimus, uirtutes deide nutrit⁹,
tertio perficimur. Et qd amplius referam⁹
cū tota eius in hoc mundo carnalis cōsum-
matio, oīsq; secundū carnem dispensatio,
nostræ uitæ Christianæ pponat in signū.
Si em dicimus nos in Christo manere, de-
bemus sicut & ipse ambulauit, ambulare. 1. Iod. 2.
Vt tamē & de sine memorē, idē crucifix⁹,
mortuus, sepultus & resurgēs, & ad patris
dextram demū ascendens, nōne iuxta A-
postolum hoc nobis designat, ut q̄tidie sis Luc. 9.
sicut ipse præcepit, crucē nostrā baiulemus,
q̄tidie huic mundo moriamur. Cōsepulti
quoq; ei iā non attendamus presentia, sed
sicut filij resurrectionis ambulemus, in no Rom. 8.
ua uita, ut post laborem huius seculi cōscē Col. 3.
damus & nos ad cœlestia regna. Si enim
(ut ait Apostolus) cōplantati fuerimus, sis
militudini mortis eius sis & resurrectionis Rom. 6.
erimus, hoc scientes, q̄ uetus hō noster sis
crucifix⁹ est cū illo, ut destruat corp⁹ p̄cti.
Et qui

GVIMVNDI CONTRA

Et quicūq; baptizati sumus in Christo Ie-
su, in mortem ipsius baptizati sumus, cō-
sepulti ei per baptismum in mortē, ut quē
admodum Christus resurrexit à mortuis p-
gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ
ambulemus. Nam quod post hanc uitam
bene gestam cœlestia petamus, oīm Chri-
stianorū orthodoxorū testis est fides. Scis-
a. Cor. 5. mus em̄ iuxta beatum Apl'm, quoniam si
terrestris domus nostra huius habitatiois
dissoluatur, q̄ habitationem habemus ex
deo, domū non manu factam in cœlis. In
his igitur omnibus suæ sanctæ ecclesiæ si-
gnum nobis Christus occurrit, qđ in crus-
ce pendēs sanctissima sua auctoritate ipse
cōfirmauit dicens: Deus deus meus, ut qđ
Mat. 28. dereliquisti me? Vbi em̄ pater eū, aut qñ
Joan. 8. dereliquit, cum ipse dixerit; nō sum solus,
Joan. 11. quia pater mecum est. Et iterū. Pater, scio
quia semper me audis. In se ergo ecclesiā
suam quondam in Adam derelictam sine
dubio figurabat. Cū sicut nos b̄tūs Apl's
Coloſ. 1. Paulus docuit, ipse caput ecclesiæ sit, & ec-
clesia corpus eius, ipsum suū proprium, qđ
de beata uirgine sumpserat, corpus, adin-
star ca-

star capitis sui corporis, quod est ecclesia, si-
gnum est, & figura, & sacramentum. Qd
uidelicet ecclesiae corpus, ad instar capitis
sui, de spiritu sancto & ecclesia uirgie cor-
de nascitur, & ex omnibus gentibus, tanq
ex diuersis granis in nouum hoem cōgre-
gatur. Omnia porro hæc, per id quoq; qd
de altari dñico sumitur, non incōgrue cre-
dimus figurari. Nam ut inde faciliter compē-
dio satisfaciā, nec tamen rationes altissi-
mas diuinorū mysteriorū passim prodam,
de hoc certe uniuersalis ecclesia testis est,
quia quotiescumq; id sumimus, nos utiq;
Christianos, id est, spiritualiter natos ostē-
dimus. Consequenter ergo, & crucifixos,
& consepultos domino nostro per baptis-
mum in mortem, sed & consurrexisse nos
declaramus. Per hanc quoq; uicia expellis-
mus, per hanc nos in noua uita confirma-
ri confidimus, per hanc postmodū perfec-
tos, ad regnū æternū nos ascensuros spe-
ramus. Iam uero quod unitatem corporis
ecclesiae sacra figuret oblatio, nō est necess
se ut hoc probādo laborem. Paulus em̄ id
sufficiēter declarat Ap̄ls dicens; Panis quē
frangimus

Virtus eu-
charistie.

1. Cor. 10.

GVIMVN DI CONTRA

frāgimus, & calix cui benedicimus, nōne
participatio corporis & sanguinis est? ga
multi unū sumus in Christo. Quod beat⁹

Cyprianus Cyprianus intelligens in epistola ad Ma
gnū quendā ita pseq̄. Deniq̄ unanimita
te Christianos firma sibi atq̄ inseparabili
charitate connexos, ipsa etiā dñica sacrifici
cia declarant. Nā qñ dñs corpus suū panē
uocat, de multorū granorū adunatione cō
gregatū, populū nostrū quem portabat
indicat adunatū. Et quando sanguinē suū
uinum appellat, de botris atq̄ acinis pluri
mis expressum atq̄ in unum coactū, gres
gem iterū nostrum significat cōmixtione
adunatæ multitudinis copulatū. Vnde &

Augustinus beatus Augustinus sup loannē dicit: Hūc
itaq̄ cibum et potū, societate uult intelligi
corporis & mēbrorū suorū, quæ est eccles
ia. Et paulo post: Propterea quippe, sicut
ante nos intellexerūt, ait, hoīes sancti dei,
dñs noster Iesus Christus, corp⁹ & sangu
inem suum in eis rebus cōmendauit, quæ
ad unum aliquid redigunt̄ ex multis. Nā
aliud in unum ex multis granis conficit,
aliud in unum ex multis acinis. Aptissime
igit̄

igitur & rationabiliter, sacra oblatio, cum
 aliorum multorum honorum, tum etiam corporo-
 rum dñi, id est, ecclesie ex multis homib⁹
 & populis uelut granis, inter duo testame-
 ta, tanq⁹ superiorem & inferiorē molā con-
 tritis. i. humiliatis per aquam baptismi, & Dell. 24.
 ignem spiritus sancti in unū collectæ atq⁹
 cōpactæ dei signum. Ipsius uero corporis
 quo diuinitas saluatoris proprie induta est
 apud quēpiam autorum, aut nusq⁹, aut uix si-
 gnūm aperite dicere reperies. Vbi sane inueni-
 nis eucharistia dicti sacramentum corporis
 dñi, aut constructionem verborum sic resol-
 vim⁹: Eucharistia est sacramentū qdē cor-
 pis dñi, ut ipsa quidē sit uere corpus dñi,
 sacramentū uero sit aliarum rerum prædictorum
 uidelicet bonorum, sicut solemus dicere:
 Deus est fons bonitatis, id est, sons qui est
 bonitas, & plenitudo diuinitatis. i. plenitu-
 do q̄ est diuinitas, & multa hmoi alia, aut
 certe intelligim⁹, q̄ ipsa qdē sit corp⁹ dñi,
 ipsius uic⁹ ybi dei p̄priū, & corporis dñi, qd̄
 est ecclia, sicut brūs Apls docuit, sacramētū
 Qd̄ si uspiā inueniret etiā ipsius corporis,
 quo ybūm dei indutum est (quod m̄ nusq⁹
 aut uix

1
 Quocunq;
 ristia signū
 & quorū.

GUIMVNDI CONTRA
aut uix clarere occurrit sacramētū dici qd
nobis officiet: in quo fidem nostram labe
factaret: Nunquid em̄ nullū sacramentū
est, id cuius est sacramentū? Quid ergo de
filio dei in epistola ad Hebræos Paulus di-
Heb. 1. cit: qui cum sit splendor gloriae, & figura
substantiæ eius, id est patris. Nunquid nō
est filius idē quod pater? Absit. Filius em̄
id omnino quod pater est, & nihil aliud q̄
id quod pater est, Falsum est igit dicere, q̄
nulla figura sit id, cuius est figura. Deniq̄
& Christus olim docens, miracula faciens,
iustissime inter homines uoluens, manducās,
bibens, dormiens, cæterasq; nostræ infir-
mitatis proprietates in se ostendens, quid
nobis aliud q̄ seipsum deum, hominemq;
designabat? Sed & nunc quoq; pro nobis
interpellans, hodieq; corpus suum cū cica-
tricibus uultui patris ostendens, se pro no-
bis natum, passum, ac resurrexisse, atq; ad
Rom. 8. cœlos ascendisse designat. Idem igit Christus
sui ipsius est sacrum signum, id est, sa-
cramentum. Hæc eadem quoq; diuina no-
bis oblatio, sine fidei nostræ piculo signare
potest. Cum hæc igit ita sint eadem nobis
per

per omnia, quae & Christus, Eucharistia nostra significare inuenit. Et quare re illa, earundem & Christus est sacramentum. Quae cum ita sint, nemo tamen sic circa dixit Christum umbram Christi, & non uerum Christum esse, nec corpus eius, quod corporis sui, quod est ecclesia, & sui ipsius, ut nunc ostendimus, significatum est, umbraticum & non uerum corpus existere. Nemo igitur dicat eucharistiam nostram propter praedictas significantias, umbram illius dominie corporis, quod diuinitas saluatoris sibi proprie induit, et non ipsum uerum & proprium saluatoris corpus existere. Nam ob praedictas significantias ipsam non esse uerum Christi & proprium corpus, propter easdem significationes nec Christus erit uerus Christus. Sed ab omnibus mentibus absit hoc, ut quoniam tot tantorumque bonorum nos bis est sacramentum Christus, sic circa ei ueritas ullatenus euacueret. Absit ergo pariter ab omnibus cordibus, ut eucharistia nostra, quoniam nobis eadem bona significa, sic circa uerum Christi & proprium corpus esse neget. Quapropter satis, ut arbitror, ab
g
dec

GVIMUNDI CONTRA

deq; monstratū est, qcquid ex pdicta beati Aug. scriptura, aut ex nominibus, sacra mentii uidelicet, & figuræ & signi, quæ in usu tenet ecclesia, aduersarius obiicit, nostræ fidei nihil obesse, ue & q; pueriliter etiā in alijs desipiat, ex his patere. R O G E. Cōstat equidem, satisq; probatū est nunc aste, q; sui ipsius Christus est signū, uerūtatem id quomodo esse possit, defydero planius declarari. G V I . Quid super hoc misraris? Res em̄ ista solēnis est, ut neminem deceat dubitare. Quis em̄ omnī est (ybi causa) qui operans quidlibet, uel etiam solo suo motu spontaneo, nō significet se uiuentem. Itaq; sit, ut unus homo qui in substantialia sua semper idem est, secundū diuera seipsum significare possit. Ita ergo Christus substantialiter semper idem, tamen uisibilia operans, seipsum significat inuisibilis ita operantē. Sed & terbo & habitudine, seu specie corporis his quibus aliquando apparuit, significauit se propitiū & iratū. Ad hūc quoq; modū sacrī altaris oblatio, cum substantialia corporis Christi ueraciter

sit.

fit, secundum uisibilem speciem & uisibilis
hia mysteria uel de ipso domino, uel de eius
ecclesia absq; fidei nostrae periculo aliqua
significare potest. R O G E. Perge quo in-
tenderas, nam de his insanissimum est am-
plius disputare. G VI. Illud sane Berenga-
riū mouere per maxime solet, quod in ex-
positione nonagesimi octauii Psalmi būs. Psal. 98.
Augustinus de uerbis domini ad discipu-
los ita dicit; Cū remansissent cum illo dis-
cipuli duodecim, instruxit illos, & ait illis:
Spiritus est qui uiuiscat, caro autem nihil
prodest. Verba quæ locutus sum uobis,
spiritus & uita sunt. Non hoc corpus
quod uidetis, manducaturi estis, & bibi-
turi illum sanguinem, quem fusuri sunt,
qui me crucifigent. Si ergo, ait Berenga-
rius, non hoc corpus, neque illum san-
guinem, restat, ut quod de altari sumitur,
umbra tantum sit corporis & sanguinis,
& figura. Quod si superiora Augustini
uerba in expositione eiusdem Psalmi,
uel certe in expositione Euangelij, ubi
haec eadem uerba domini tractantur, dilis-

g 2 genter

GVIMVNDI CONTRA

diligenter aduertisset, nunq̄ ex his forsitan
erroris huius calumniā perstruxisset. Sed
infelix homo, diu in peste hæretica inuete-
ratus, suadente diabolo, cuius retibus penè
inexplicabiliter implexus est, libētius oēs
ingenij sui uires ad aucupandum unū uer-
bum, quo male intellecto, propagatā stu-
titiam munire uideat accōmodat, q̄ dīuīz
narum scripturar̄ prouidentissimam uigi-
lantiam contra se ualide reclamantem, uel
tenuiter attendat. In eodem quippe Psal.
hæc prædixit beatus Aug. Suscepit Chri-
stus de terra terram, quia caro de terra est:
& de carne Mariæ carnē accepit, & in ipsa
carne hic ambulauit, & ipsam carnem no-
bis manducandam ad salutem dedit. Si er-
go ipsam carnem, quā de carne Mariæ ac-
cepit, in qua hic ambulauit, nobis mandu-
candam ad salutem dedit, quomodo non
hoc corp⁹, nisi ga ipsam carnem dat nobis
manducandam in eadem substantia? Nō
hoc aut̄ est corpus, id est, forma, ac si dices
ret: Corpus qđem meū, sicut audistis, da-
bo uobis, sed non secundum hoc qđ uide-
tis. i. non tale quale uideuis, non in hac for-

ma

ma, non in hac specie, quā uidetis. Alioquin
cur addidit, quod uidetis, cū sufficeret dis-
xisse non hoc, nisi quia hoc secundū essen-
tiā, nō hoc, secundū quod uidetis? De-
nīq; ut hoc quod dicimus Augustinū sen-
sisse agnoscas, recense attentius quid in eis
qui scandalizati sunt in expositiōe huius
Psalmi uel euangeliū culpauerit. Certe eīm
substantiā illam quā cernebant oculis, da-
tū iri sibi ad manducandum putabant, nō
panē, non aliud qcq;. Augustinus eīm hoc
stulte & carnaliter eos dicit accepisse. Pu-
tauerunt eīm, inqt, q; præcisurus esset dñs
particulas quasdam de corpore suo, & da-
turus illis. Putauerūt eīm, inqt, q; gratia ei⁹
cōsumeret morsibus, & carnem qua indu-
tum erat uerbum, non integrā sicut as-
cendit in cœlum, sed ueluti concisam, uel
quomodo in cadauere dilaniaſ, aut in ma-
cello uendit, distribueret credentibus, nō
quomodo spiritu uegetat, id est, nō uiuā.
Nam si spiritu uegetat, uitia est. Quid er-
go si putasse se accepturos carnem intes-
gram, non per particulas cōcīsam, nō mor-
tuam, sed uiuam, non sicut in macello uen-

g 3 ditur

GUIMUNDI CONTRA
ditur, sed uiuam sicut spiritu vegetatur;
nunqđ errassent? Utiqz nō errassent. Dū
em̄ culpan̄, non ideo, quia illam carnē.i.
eiusdem substantiæ se manducaturos pu-
tabāt: sed hoc solo, quia nō integrā, nō
uiuam: Utiqz cōsequenter absqz culpa fuit
sent, si eandē.i. eiusdem substantiæ carnem
se manducaturos putassent integrā & ui-
uam. Quod si consequit̄ in uno, q̄a conses-
gtur, uide q̄ efficaciter Berēgarij sententiā,
omnemqz umbraticor̄ errorem prorsus
interimit. Quare si hoc modo, quo dixis-
mus, conuenientissime p̄dicta Aug. uer-
ba, nulla cīrcunstante parte scripturæ recla-
mante, imò tota serie diligenter inspecta,
& Euangelij expositione suadēte, imò ne-
cessario cogente, intelligi possunt, quid si-
bi in his præsidij Berengarius contra nos
collocat: quæ ut diligentius loquar, etiā si
in ambiguo essent, non magis suæ parti, q̄
nostræ opitularen̄. Nūc aut cū & ipsius
scripturæ cīrcunstantia, & tractatus Euā-
gelij tam perspicua ratio, & uniuersalis ec-
clesiæ autoritas, nostro sese intellectui cō-
serant, nihil hic loci ulterius habēs hæreti-
cæ cor-

ex corruptionis infectio conticeat. Aut
 certe, si quo pacto nostrā se confidit repro-
 bare posse sententiam, aut suā ostēdere me-
 liorem, & quo animo audire parati sumus.
 Non enim quicq̄ subterfugere uolumus,
 quod nō diligēter auxiliante Christo dis-
 cutiam⁹. Hoc iccirco dico, qm̄ me audisse
 existimo, q Berengarius de pronoie Hoc Argumēn⁹
 ad hunc modū ratiocinet. Hoc, inqt, pro tū sup pro-
 nomen est, Pronoia aut substantia sine q̄li noie Hoc.
 tatiibus significant: cū igit̄ dicit, non hoc
 corpus, de substantia corporis, non de qua-
 litatibus dicit. Hic exclamare compellor
 iuxta Apostolum & Prophetam: Vbi est 1. Cor. 1.
 literatus, ubi trutinator uerborum, ubi le- Esaiæ. 19.
 gis uerba ponderans? Nonne stuitam se-
 cit deus sapientiam huius mundi? Vere
 stuitam dixerim hanc sapientiam. Nam
 idem ipsi Grammatici, qui huiusmodi pro-
 prietatem partium orationis dixerunt, si-
 guras etiam loquendi, quibus à sua propri-
 etate partes orationis decentissime plētūq;
 deficiū tradiderūt, & mirifice laudauerūt.
 q̄s deniq; est, q̄ quotidiano usu loqns, ac dis-
 etas reprehendat, si ita dicat: nō sum ego ille

g 4 qui

qui quondam fui, tu non es is uel ille qui solo
lebas, cum substantia eadē sit, sed qualita-
tes diuersæ. Sed dialectici, qui nimiū uera
ba appendunt, quotidie res differre, & eas
dem esse, non tamen secundum substantiam,
sed etiam secundum qualitates dicit &
legunt. Quid si ille & is & idem pronomia
sunt, & non semper substantiā, sed etiā qualiti-
tates apud doctissimos etiā persæpe signi-
ficant, cur et(hoc) pronomen nō possit idē
pati? An quia Berengario nō habenti uns
de suā aliter muniat hæresim, id non plas-
cer. Placuit tamen summæ autoritatis qui
busdam autoribus grammaticę artis, non
solum figurate qualitates in pronomībus
posse accipi, sed etiam talis & qualis, quæ
proprie qualitatis significatiua sunt, inter
pronomina numerari. Sed uiderit pitissi-
mus grāmaticus ille Donatus, qui quis &
talis pronomina esse uoluit, quid dixerit.
Cum enim de autoribus Grāmaticæ artis
iudicare non opus nunc habeo, cū ipsa ar-
gumētatione aduersarij cōmodissime mihi
uti possim dicens: Ipsam pronomen est,
pronoia aut̄ substantiā significant sine quali-
tatisbus

Talis Qua-
lis pronoia

catibus, Cum igit̄ Aug. dicit: in ipsa carne ambulauit, & ipsam nobis manducandā ad salutē dedit, substantiā carnis Christi, non figuram manducare dicit. Item hoc pronomen est, cum igit̄ idem Aug. dixerit in sermone ad Neophitos, hoc accipite in pane quod pependit in cruce, & hoc accipite in calice quod effusum est de Christi latere, substantia corporis & sanguinis Christi, non figuram nos manducare & bibere declarauit. Hæc igitur argumentatio tua, o quisq[ue] ea niteris, siquidē infirma est, nobis ideo curāda non est. Si autē firma, plus nobis q[uod] tibi prodest, cum eam tu non nisi in uno loco habeas, nosq[ue] in multis. Cūq[ue] sibi Aug. ita contrarius sit, aut non est iā ideo recipiendus, aut in pluribus testimonijs magis, q[uod] in uno loco credendus. Facilius quippe in uno q[uod] in pluribus uel saepe errare, uel codices eius ab aliquo falso corrumpi potuere. Elige igitur q[uod] placet, aut infirma est hæc tua ratiocinatio, & nihil cōficit: aut firma, & nobis plurimū proficit. Nam si infirma est, ubi dicit, non hoc corpus, non de substantia dictum esse cōprobabat.

GVIMVNDI CONTRA

bat. Si autem firma, ubi dicitur, ipsam carnem nobis manducandam dedit, & hoc accipite, & cætera similia de substantia intelligenda esse confirmat. Aut si forsitan diccas, ego sic illa pronomina resoluā: Ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit, id est, ipsius carnis figuram, & hoc accipite in pane, id est, corporis figuram accipite in pane, & ad hunc modum cætera. Si hoc inq̄, dicas, et nos eodem modo tuū pronomēn̄ resoluimus dicentes; Nō hoc corpus quod uidetis dabo uobis. Illas em̄ tuas resolutiones, talis resolutio sequit̄. Si ergo resoluendi figurās in pronomīnibus contra nos suscipis, qua fronte eadem contra te recusare possis? Aut igit̄ adhibe, & tuas tibi umbras auferūt: aut respue, & nobis plurimum conserunt. Nam si prædictas resolutiones pronomīnū contra nos proponis, quod nobis opposueras capitū lū, contra te & umbras tuas manifeste cōtrauertis. Si autē respuis, & substantiā significantiam semper in pronoībus obstat̄ regris; Augustinum in multis alijs, ut dixi, huic unī capitulo aduersantē, tibi q̄ & sibi

& sibi contrarium aut non recipimus, aut plurib⁹ testimonij magis credētes q̄ uni, concludimus quod optabamus, scilicet ga-
substantiue nō umbratice corpus dñi mā-
ducamus. Quaquauersum igit fugias, ex
his palam est, quia si doctorem præcipuum
Augustinum, quo maxime nitebaris, dili-
genter aduertis, hui⁹ erroris scilicet umbra-
tici pestem absq; ulla respiratione proi-
uomis. Proinde hac dissoluta, ad illud etiā
quod de epistola sancti Augustini ad Bo-
nifacium Berengarius obiicit, transeam⁹.
Quare iure contentionis amore magis, q̄
ratione aliqua, laborare satis apte uidetur.
Quod em̄ ait sanctus Augustinus: Sicut
sacramentum corporis Christi, secundum
quendam modum corpus Christi est: &
sacramentum sanguinis Christi, secundū
quendam modum sanguis Christi est, ita
sacramentum fidei, fides est, non id de sa-
cramētis nostri altaris intelligi necesse est.
Generaliter enim de sacramentis dixerat.
Si enim sacramenta quandam similitudi-
nem earum rerum, quare sacramēta sunt,
non haberent, omnino sacramenta non
essent

GVIM VNDI CONTRA

essent. Ex hac enim similitudine plerūq;
iam sacramenta ipsar^e re^re noīa accipiūt,
deinde à genere ad partem descendens, p
simile id quod intenderat conclusit, dicens:
Sicut ergo secundum quendam modum
sacramenti corporis Christi, est corp⁹ Chri
sti &c. qđ libera facultate intelligere possu
mus dictum esse de manna, uel de pane u/
uino Melchisedech, uel de aliquo ueteris
sacrificior^e, quæ sacramēta corporis & san
guinis Christi fuerūt. Possunt em̄ quodā
modo per figuram corporis & sanguinis
Christi appellari, sicut petra uocat Christ⁹.
Et ideo non satis attendit homo quid ap
ponat. Nam si ex abundantia de sacramē
tis quoq;^e altaris nostri, id uelimus accipe,
sidelis & facilis intelligentia patet. Cū em̄
sacramenta nostra sint substantiue corp⁹
illud, quod est filij dei proprium, sunt quo
dammodo per figurā ipsum corpus Chri
sti, cui⁹ sacramēta sunt, id est, ecclesia. Qđ
in expositiōe sup loannē confirmat Aug.
his uerbis: Hunc itaq;^e cibum & potum so
cietatem uult intelligi corporis & mēbro
rum suor^e, quod est ecclesia. Hui⁹ rei sacra
mentum

Gene. 14.

Mat. 16.

mētum, id est, unitatis corporis & sanguis
nisi Christi, alicubi quotidie, alicubi certis
interuallis dieꝝ in dñica mensa præparat,
& de dñica mensa sumitur. Idem in qdam
sermone de sacramentis: Quia passus est,
inquit, pro nobis, commendauit nobis in
isto sacramēto sanguinem suū & corpus,
quod etiam fecit & nos ipsos. Nā & nos
ipsius corpus factisimus per misericordiā
ipsius, & quod accepimus, nos sumus. Ec
ce quō cibum & potum altaris, dixit esse
quodammodo societatem corporis, quod
est ecclesia. Nō quod ipse cibus & potus
sit ipsa societas, sed ipsius societatis sacra
mentum. Et hoc quod accepimus, dixit q
dammodo esse nos, quia nostri sacra
mentum. Ita ergo corpus Christi proprium est
quodammodo per figuram illud corpus
Christi cuius est sacramentū, quod est ec
clesia. Nec mir, cum ipse dñs per prophe
tam dicit: Indumento iusticię circundedit
me quasi sponsum, decoratum corona, &
quasi sponsam ornatam monilibus suis. Se
dicit sponsum, quia ipse sponsus est. Se di
cit sponsam, quia ipse est quodammodo illud
corpus

Esa. 51.

GVIM VNDI CONTRA

corpus suū, qđ est ecclesia, cuius ipse est sacra-
mentū. Hāc intelligentiā nobis aptissimē
me similitudo secuta cōmendat. Sicut em̄
dicimus propriū corpus dñi, alterius sui
corporis, qđ est ecclesia, sacramentū, sic ba-
ptismū uisibilem, alterius, iuſibilis scilicet
baptismi, cognoscimus sacramētum. Est
nāq; baptismus exterior aqua uisibilis, car-
nē ablūēs. Est baptismus interior, fides in-
uisibilis, aīam simili modo purificās, teste

A&. 11. beato Aplo, qui ait: Fide mundans corda

1. Pet. 3. eorū. Et iterū: Sic & nos saluos facit baptis-
ma, non carnis depositio sordiū, sed cōſcie-
tiæ bonæ interrogatio in deū. Proinde fa-
tis cōuenienter, & sana fide intelligere pos-
sumus dixisse Augustinū: sicut sacra-
mentum corporis Christi, id est, sicut illud pro-
priū filij dei corpus, quod est sacramētum
corporis Christi, quæ est ecclesia, secundū
quendā modū corpus Christi est, illud scilicet
cui⁹ est sacramentū. i.ecclesia, ipse em̄
sponsus, ipse secundū quendam modū &
spōsa, ita sacramentū fidei, id est, exterior
baptismus, pro eo quod fidei signū est, se-
cundū quendā modū fides est. Offendit
adhuc

adhuc Berengarii S. Petrus de dñō dicēs:
 Quē oportet cōclū suscipe usq; in ipa re
 stitutiōis oīm. Si usq; in finē, ait Berenga. Act. 32
 cōlo suscipi debet, nunq; de cōlo exit, ut in
 terris aliqñ teneri possit. Nos credebamus
 Christū in cōlo regnare, iste yō ira incarce
 rari, ut iā si uelit corporaliter usq; in finē misē
 ras nō possit terras uisere. Et Aug. in lib. de
 Ciui. Dei dicit, unūquenq; sc̄tōr ad tantā
 gloriā puetur, ut ubiq; uolet suus spūs
 cōtinuo sit & corpus: Et Berēgari assentit,
 Christum ad tantam impotentiam deue
 nisse, ut qui de terra suum corpus eleua
 uit ad cōlum, non possit illud usque in sis
 nem vel ad horam reddere terris. O' ni
 mium cæca uanitas, & uana cœcitas. Quis
 enim quotidiano usu loquens, dicere me
 tuat: Tot mensibus, uel tot annis in ci
 vitate illa mansi, etiamsi quotidie ad os
 pus suum de ambitu exeat ciuitatis. In
 Euangeliō de Anna scriptum est, quia
 non discedebat de templo, cum tamen
 sapientius illam corporalis necessitas auo
 caret. Quapropter si ad terras Christum
 quotidie corporaliter delcendere dicere
Luc. 2.
 mus

GVIM VNDI CONTRA

re diceremus, beati Petri opposita nobis
sententia nō obesset. Sed absit hoc à Chri-
stianorū prudentia, ut sic dicamus Christū
in terris sacrificari, uel māducari, ut neceſ-
ſario intērim deserat cœlos. Ipſe namq; in
cœlis totus est, dum totum corpus eius ue-
re manducaſ in terris. Quod non esse has-
bendum incredibile ex uirtute diuinæ po-
tentiaꝝ, & ex supra dictis exemplis, scilicet
uocis & anime, satis facile comprobari po-
test. Quis riſum uero cōtinere ualeat, iam
audiens Berengarium ipsa domini uerba
de sacramentis interpretātem. Hoc, inqt,
necessario panis, est corpus meū, & hic ca-
lix necessario uinū. O' impudentissima
ſtultitia, & nimium patēs, nec quid dicat,
nec q̄iſum tēdat aſpiciēs. Que est em̄ hec
necessitas, ut subaudiaſ necessario panis &
uinū, cū poffit ecōtra cōgrue dici: hoc, sub
audis corpus, iā nō panis, est corpus meū,
& ſic subaudiaſ, potus, iam non uinū, est
calix ſanguinis mei. Vel certe ſic; Hoc, sub
audiaſ hactenus panis, ex hoc iam est cor-
pus meum, non panis. Ethic calix, subau-
diatur, hactenus uinū, ex hoc iam est ſan-
guis

Pulchra X
borū conſe-
cratiois in-
terpretatio

guis meus, non uinum. Vel certe sic absq; istis subauditioib; Hoc, scilicet qd uobis do, est corpus meū. Hoc em̄ pronome nō est ad supradicta relatiuum, sed tantūmodo demonstratiuū. Et ideo panis & uinū quae supra in Euāgelo noīata sunt, nulla hic necessitate subaudiunt. Iā miseret me illius, & erubesco pro illo. Quis em̄ nisi se ipse ita proderet, eius noīis virum tam pueriliter garrire, & tam frivole despere, credere posset? Sed uideamus p̄ has necessarias subauditiones, tatus hic ratiocinator, quo peruenierit, quid confecerit, quid obtinuerit. Hoc inquit, ut sacramenta altaris panis dicant & uinū. Huccine igit̄ totus labor ille tendebat? Ad hoc solū ita te profudisti, ut nec tuā senectuti parceres, qn te pro disputatore egregio, calumniosissimū cauillatorē, pro constructore pito, qualiuicunq; panniculorū inertissimū & ineptissimum assutorem demonstrares? Quis em̄ id negat? Quis em̄ non id libenter fatebitur? q; sacramenta dñicæ missæ recte panis & uinum uocant, uel q̄a panis & uinū prius fuerūt, uel quia panis & uini similitudinē substā

b tialiter

GVIM VNDI CONTRA

tialiter transmutata seruant. Sic nanc⁹ sers
pens, quide uirga factus est, uirga dicitur.

Exod. 7. Scriptū q̄ppe est: Deuorauit uirga Aaron
uirgas eorū id est, serpens q̄ de uirga Aarō
factus fuerat, serpentes eorū. Sic homo q̄a
inde factus est, sēpe terra, & puluis, & luitū
uocat. Sic etiā propter similitudinē dicit

Psal. 21. Apl's: Petra erat Christ⁹. Et in Psal. David:
Ego sum uermis & non homo, cū substā-
tialiter esset homo, sola uero similitudine
uermis. Sic ultra numerum alia multa. Si
igit̄ multæ res propter haę causaę alterā,
recte aliaę reę longe diuersaę uocabulis
nuncupant̄, quanto magis sacramenta no-
stra propter utranc⁹ hanc causam, recte pa-
nis & uinū dici possunt, reę uidelicet que
fuerūt, retinentia similitudinē multā, cum
substantialiter proprię dñi corporis & san-
guinis teneāt ueritatē. Iam nūc illud qđ
ecclesiasticæ orationis autoritate se confis-
cere Berēgarius iactitat, uideamus. Eccle-
sia, inq̄t, in missa quadā ita orat; Perficiant
in nobis quæsumus dñe tua sacramenta q̄
continent, ut quod nunc specie gerimus,
rerum ueritate capiamus. Hic ergo osten-
dit se

dit se nō habere rerum ueritatem, sed spes ciem. Heus bone intellector, quare inquā rerum speciem, non ueritatem? Corporis inquies & sanguinis domini. Bene. Considera ergo diligenter quod dicitur, ac mis hi responde. Quid est quod nūc specie gerimus, nō substantia māducamus? Adde sequētia: Rerū ueritate capiamus. Quid? In futuro ergo senile corpus & sanguinē domini uere & substantiue manducabis mus? Hoc quippe orā, ut hic quod nunc specie gerimus, quicqđ illud sit, illud illic idem ueritate capiamus. Quare si semp in hoc seculo corpus Christi, ut tu deliras, spe cie, id est, umbratice comedimus, restat ut illud in altero seculo substantiue comedas mus. Quod si sentire absurdissimum est, q̄ stultissime interpreteris orōnem prædictā iā nec te ipm latere puto. A capite igit̄ ora tionis qđ uelit scripture dicere, diligentissi me uideam⁹. Perficiāt ī nobis q̄sum⁹ dñe tua sacramenta, q̄ continent. Supra iā di ximus, & beati apli Pauli uerbis approba uimus, q̄ diuina sacramēta unitatē corpis Christi, q̄ est ecclia, designarēt, & hoc est q̄
 h a signif

GVIM VNDI CONTRA

Significando continent. Hoc igit̄ rogate eccl̄
lesia dicens; Perficiāt in nobis quēsumus
domine tua sacramenta quod continent,
id est, pficiant ut nos uere simus unū Chri-
sti corpus, una ecclesia, qđ uidelicet signifi-
cant, ut quod nunc, id est, dum manduca-
mus corpus filij tui, specie gerimus, id est,
figura tāti mysterij significamus, hoc regr-
vitate capiamus. Iste credo intellect⁹ pos-
sibilis est, iste et scripturæ est cōuenientissi-
mus, & nobis utilissimus, hūc brūs Paul⁹
apl's cōprobat, huic totius eccl̄iae fides cō-
cordat: aduersarij porrò uesaniā null⁹ au-
toritas munit, sed ecclesia tota ut uenit
mortis reḡ fugit. Non eū prorsus ullā utili-
tas, non oratio ipsa cōmendat, sed absurditas
intolerabilis, que illū seq̄t p̄inō recusat.
Quis igit̄ pro bestiali, pro stultissimo, imo
impossibili sensu, ullatenus debeat impes-
diri, cū habeat rationabilem & congruen-
tissimū intellectum, & à sapientibus om̄is
hus amplectendum? Vtrum ergo iā hæc
sufficere æstimas, aut adhuc plura regris-
REGE. Mihi planè ad cumulū ista suffi-
ciunt, mirorq̄ hereticū suis obiectiōib⁹ ps-
stratū

BEREN. LIBER II.

rr

Stratū, ac p̄prijs retibus irretitū. GVIM.
Hæc quidem sunt, quæ ex libris beati Au-
gust. uel ex noīe sacramēti, seu ex oratiōe
nunc discussa, fidei nostræ obijcere solere
cōperimus. Si qua uero alia ex beato Au-
gustino obijcit, in yture Christi confidēs
dico, quia diligenter anima querela, aut pro
nobis, aut non contra nos erunt. Proinde
disputationis huius hic terminum faciam,
ea quæ restant alio initio, si uoluerit domi-
nus, aggressuri.

GVIMUNDI ARCHIEPISCOPI
Aversani, de Corporis & sanguinis Chris-
ti in Eucharistia ueritate liber .III.



Actenus oratio ea, qui-
bus aduersarius & secū-
dum rationes, & secun-
dum scripturas cōtra ec-
clesiam latrat, dissoluit.
Quo circa hostium ma-
chinis, deo auxiliāte, co-
piose frustratis, iam si nil amplius addere-
mus, sola tibi catholice fidei sufficere gene-

h 3 ralis

GVIM VNDI CONTRA

ralis cōsuetudo deberet. Illa eīm sola firmis-
Ecclesiæqñ sime tenenda est Fides, etiam si ualde im-
ta auoritas pugnet, quæ catholica est. Quicunq; eīm
uult saluus esse, sicut sc̄ti patres sanxerūt,
& totus concinit mundus, necesse est ut te-
neat catholicam fidem. Qd si impugnata
fortissime retinenda est, qnto magis si oia
quæ sibi opponunt expugnans, patet ipsa
inexpugnabilis, nullaten⁹ relinquēda est.
Sed qm & ualde multa ad roborandas ad-
huc partes nostras, & aduersarioꝝ diruen-
das, deo iuuante addi possunt, & te sitiēter
ea desyderare certe scio, tuis orōnibus dño
nobis fauente, de sanctis scripturis adhuc
aliqua proferemus, quibus & hostis lubris
cus plenius prosternāt, & nostræ partis ro-
bur inuincibile nunc propria argumenta
nostra amplius demōstrent. Ac primo q-
dē iuxta ordinem q̄stionū, q̄ corpus Chri-
sti uerum in substantia sua, non in umbra
Berengariana comedimus, approbemus:
Deinde contra impugnatores dñici cor-
poris iugulabit oratio.

Augustinus In principio ergo disputationis nostræ
quoniam ex beato Augustino scandali pe-
nēto

nè totius uidet esse principium, quid nobis
lissimus idem doctor de sacramento ecclae-
siae in expositioē tituli tricesimi Psalmi sen-
tia uideamus. Tractans em̄ quō David Aug. psal.
ferebatur in manibus suis corā Abimelech
ait: Hoc uero fratres quomodo possit fieri
in homine quis intelligat? Quis em̄ porta-
tur manibus suis? Aliorum potest portari
homo manibus suis nemo portat. Quos
modo intelligatur in ipso David secundū
literam non inuenimus. Ferebatur enim
Christus in manibus suis, quādo cōmendā-
dans ipsum corpus suū ait: Hoc est corpus
meū. Ferebat hoc in manibus suis. O' Inīa
lucidissima, o' sententia fidelissima, o' sūia
uere beatissimo & excellētissimo doctore
Augustino dignissima, à qua nulli est res-
cedendum, Cui ab omnibus est reueren-
tissime concedendum. Quod in David
inquit, & in alijs hominibus secundum li-
teram non inuenitur, in Christo inuenit.
Quid illud? Ferebatur em̄, inquit, Christ⁹
in manibus suis, quando cōmendās ipm
corpus suum ait: Hoc est corpus meū. Si
secundum literam, id est, sicut litera sonat,

GVIMVNDI CONTRA
hoc in Christo inuenit, non igit̄ umbras-
tice, non figuratiue, sed substatiue Christi
corpus erat quod ferebat. Si em̄ in Christo
accipit̄ hoc, ut isti uolunt, secundū figurā,
nō secundum corporis sui substatiā, qđ
ferebat in manibus suis, quō id inuenit̄ in
eo secundū literā? Nungd em̄ secundū lite-
ram Christus est petra, & leo, & agnus, &
serpēs, cum sit hæc oīa secundū figuram.
Minime. Sed in Christo inuenimus, inq̄t,
quō intelligat̄ secundum literā. Aliter em̄
nullo modo construi potest oratio, que de
Christo concedit quod de Dauid damnas-
uerat. Non igit̄ ut isti uolunt, secundum
figuram, sed secundum substatiā. Dilige-
ter quæso om̄is prudens lector aduertat, qđ
efficacissime hinc oīa hæreticor̄ istor̄ so-
phismata excludant̄. Ponamus em̄, si pla-
cet, qđ aduersarij hic dicere possunt, ut qđ
sequat̄ clarius elucescat. Cum em̄ ait: Fere-
bat Christus in manibus, & deinde ferebat
illud corpus in manibus suis: Si aduersarij
nostrī pro sua parte sic exponunt: Ferebat
in manibus suis, & ferebat illud corpus, id
est, umbrā uel figuram illius corporis, non
substan-

Substantiam. Sed hoc, inq, ita exponunt, hoc idem in Dauid, hoc idem in omnibus serè hominibus inuenire possumus. Quis em̄ serè homin aliquā sui figuram, in qua nō sit substantia sua (uerbi gratia, uel statuam uel picturā) manibus suis ferre nō possit? Sed hoc, iqt, in ipso Dauid nō inuenimus, & manibus suis nemo portat. In Christo aut, ait, inuenimus. Quō ergo dicit in Christo inueniri, quod in Dauid, & in alijs hominibus quomodo intelligat, nō inuenit? Facile aut aliquam figuram sui, in qua nihil sit de substantia sua, manibus suis ferre & Dauid, & ceteri homines intelligi possunt. Restat manifestissime, & absq; ullo scrupulo sciendum, quia non figuram tantū uel umbram, sicut aduersarij nostri dicunt, sed substantiam sui corporis iuxta Aug. ferebat Christus. Quid hic umbratice responsus debunt? Vbi in tanta luce lucifugae nostri umbram parabunt? Ecce Augustini manifestissima documenta recitant, nihil in eis scrupulosum, nihil ambiguū, aut de his se explicent, aut Augustinū nobis obijcere desistant, & sicut Aug. testat, ueritatē do-

h , minici

GVIM VNDI CONTRA

minici corporis nobiscum credant, si forsitan hoc non aduerterant scriptū. Si enim hoc fideliter attendissent, adhuc suam hæresim ex beato Augustino nō traxissent. Nam quicqđ ex eo pro se decerpūt, id atente perspectum, sicut iam diximus, aut pro nobis, aut certe nihil contra nos facit. Hoc uero quod nūc protulimus, tam manifestissime illos destruit, ut qua exeāt, nulla ratione inuenire queant. Ita quippe scriptura p̄spicua, ita est omnino cautissima, ut istorum garrulitas nulla penitus tergiversandi argumenta reperiat. Nam ut uitutem eius q̄ breuissime nunc ostendam: aut substantiue corpus Christi erat quod Christus ferebat, de q̄ dicebat: hoc est corpus meū: aut tīn̄ figurate. Sed tantū figure non possunt pati promissa, quibus dicit, quia in alijs nō inuenit, quod in Christo inuenit. Aliogn̄ inueniret & in alijs. Omnis quippe homo figuram sui, in qua nihil de substantia sua est, ferre potest. Sed in alijs, inquit, non inuenit. Manibus em̄ suis nemo portat. Non igit̄ figurare tīn̄, non umbratice; quapropter substantiue corpus

corpus Christi erat quod ipse ferebat. Nō satis exprimi potest, q̄tū in his beati Augustini uerbis oblector, quantūq; super horū miserabili cæcitate admiror. Ex his nanc; patenter ostenditur, quid uoluit ille idem uir btissimus intelligi in expositione mox eiusdem tricesimi tertij Psalmi, ubi dixit: Nos ad eum accedamus, ut corpus & sanguinē eius capiamus. Illi de crucifixo tenebrati sunt, nos manducando crucifixū & bibendo illuminamur. Item alibi, hoc accipite, inquit, in pane, quod pependit in cruce; & hoc accipite in calice, quod effusum est de Christi latere. Et in alio loco: hoc bis berūt postea credētes, qđ prius fuderāt sacerdientes. Itē in alio qđ iā supra dixim⁹: Suscepit Christus de terra terrā, qđ caro de terra est, & de carne Mariæ carnem accepit, et in ipsa carne hic ambulauit, & ipsam nobis manducandam ad salutem dedit. Et multa alia in pluribus libris suis in hunc modum. Cum igitur beati Augustini scripta ut sacrosanctum prorsus, & intermerabile isti uenerentur & teneant, quid eos aliud iam, nisi forte molita diu cæcitas remo-

GVIMVNDI CONTRA

cēcitas remorari potest qn nobiscū credāt.

Ambrosius Sed et tu doctor egregie, beatissime Ambrosi, spiritualis pater bñ Augustini, quē idem uir sanctissimus in libris suis, sanctū Genuasij s. & beatū noīat, cuius autoritatē (teste Au^s & Protha gust.) martyre reuelator Paulus Apls cōfisi, Vide lez mendat: quem beatus Gregorius uir plāgēdā ipso nē apostolicus præ se gerit; cuius doctrinam recipiendam beatissimus Benedict⁹, teste sancto Gregorio, sanctor⁹ Propheta rum spiritu plenus iudicauit; cui totius ecclesiæ Mediolanensis gloria specialiter attestat: quem merito fidei totus orbis uenerat & amplectit (non em̄ tot & tanti testes si te in fide catholica errare scissent, tanto præconio tantum prædicassent) Quid tu inq, de sacramētis altaris sentias, exposito. Dixisti certe in libro tuo de sacramētis: Sicut uerus dei filius est, dñs noster Iesus Christus, non sicut ceteri hoīes per gratiā, sed quasi filius per naturam, id est, ex substantia patris, ita uera eius caro est, quam sumimus, & uerus eius sanguis est, quem potamus. Teneo ergo te dixisse, quia uera eius caro est quam sumimus, & uerus eius sanguis

BEREN. LIBER III.

sanguis est quem potamus. Sed quatenus
 uera figurata an substantiae, docet p̄ prae-
 positam similitudinem, cuiusmodi intelli-
 gamus hanc ueritatē; Sicut uerus dei filius
 est, dñs noster Iesus Christus, adhuc parū
 est. Potest enim sicut cæteri hoīes iusti dei
 filij sunt per gratiā, & ipse secundū q̄ hoz id qđ & A
 mo est, dici uerus filius dei per gratiā, licet rius admis-
 ineffabiliter ampliorem & excellentiorem s̄isset.
 q̄ cæteri hoīes. Adde quod sauis est: Nō si-
 cut cæteri homines per gratiam, sed quasi
 filius per naturam, id est, ex substantia pa-
 tris. Ita ergo dicis ueram eius carnem quā
 sumimus, & uerū eius sanguinē quem po-
 tamus. Qm̄ uero ita, id est, non sicut cæte-
 ræ res, quæ propter aliquam gratiā signifi- Exo. 12.
 catiōis, caro & sanguis Christi possunt di-
 ci (Sicut uerbi causa, per gratiā figuratiōis
 caro & sanguis agni pascalis in Aegypto
 immolati, caro & sanguis Christi possunt
 appellari: Eodem quoq; medo & manna
 & cætera q̄ plura similiter) Sed sicut caro
 & sanguis per naturā carnis & sanguinis
 Christi. Alterem coaptari similitudo nō
 potest, nisi quod ibi negat hic negem⁹, qđ
 ibi aff

GVIMVN DI CONTRA

ibi affirmat hic affirmemus. Quamobrē si
hāc similitudinē tam expresse positam se-
quimur, id quod de altari sumimus, Chri-
sti carnem & sanguinē substantialiter cōsi-
teamur. Si eñ sic esset dictū: Sicut uer⁹ dei
filius est, dñs noster Iesus Christ⁹ secundū
id quod homo est uerus dei filius, sed p gra-
tiam(ut diximus) nō ex substantia patris,
ac per hoc dici posset, ita uera eius caro est,
quam sumimus, & uerus eius ianguis est
quē potam⁹, poterat eqdē adhuc(ut dictū
est) in ambiguo esse sūia. Nā dñs noster le-
sus Christus, scđm id qđ homo est, uer⁹ dei
filius est, sed p gratiam, ut diximus, nō ex
substātia patris. Ac p hoc dici posset, ita ue-
ra eius caro est quā sumim⁹, id est p gratiā
figuratiōis, nō per substātiā carnis. & de
sanguine similiter. Qđ si doctor egregius
sensisset, nihil ampli⁹ addidisset. Quid eñ
necessariū erat addere, qđ huic sensui tam
evidentissime cōtrariū erat. Nunc uero tā
diligentissime addita determinatio dicen-
tis: Nō sicut cæteri homines per gratiā; Et
ne qua forte hic erroris nubecula remane-
ret subiungentis, sed qđ filius p naturam:
Et ne

Et ne hoc etiā obscurū uideref, expressius exponentis, id est ex substātia petris. His inq̄ omnibus tam diligentissimis determinatiōnibus subiungēdo, ita cius uera caro est quā sumimus, & uerus eius sanguis est quē potamus, oēs aduersariorū columnis argumentationes excludit, & carnem Christi & sanguinē substātiue esse, qđ sumimus & potamus, ostendit. Quare si cōtra te ipsum nō disputas, o beate Ambrosi, ab hac fide nō dissentis. Si aut̄ non dissentis, te utiq̄ q̄ Berengariū satius est imitari. Vidisti planè qđ nobilissimus doctor hoc in loco de sacramentis altaris absq̄ ullo uelamine sentiat. Attēde q̄ breuiter qđ etiā in alio loco eiusdē libri dicat. Quid argumentis utimur, ingt, si uis utamur exēplis. Incarnatiōisq̄ exemplo astruamus mysterijū & uitatē. Liqueatq̄ præter naturæ ordinē uirgo generauit, & hoc quod conficimus corpus, ex uirgine est. Quid queris naturę ordinē in Christi corpore, cū præter naturā sit ipse Christus partus ex uirgine? Quid melius q̄so, qđ apertius dictū quæris? Si enim sacramenta altaris umbra tantū & figura dñici

GVIM VNDI CONTRA
dñici corporis essent, quid hic præter natu-
ram fieret? cum petra non præter naturā,
sed potius propter naturā suæ stabilitatis,
& agnus non præter naturam, sed per suā
naturā, id est, per innocētiām, & similiter
cætera Christum significant. Longū est si
cuncta, quæ ex beato Ambroſio cōtra Be-
rengariū poſſumus adhibere testimonia,
diſſeramus. Iam ad alios authores tranſeū-
dum est.

Linus. Sanctus Linus Papa antiquissimus, om̄i
ecclesiæ dei uenerabilis, dixit in quodā ser-
mone: Sic sacræ mensæ cōmunicare debe-
tis, ut nihil prorsus de ueritate corporis Chri-
ſti & sanguinis ambigatis. Hoc em̄ ore su-
mitur, quo fide utī. Et fruſtra ab illis amē
respondeſt, à quibus contra id quod accipi-
tur, diſputatur.

Cyrillus. Beatus quoq; Cyrillus ducentis episco-
pis in Ephesina synodo, quā beat⁹ Grego-
rius tanq; quatuor Euangelia ſuscipiendo
afferit, ſic ait: Ad benedictiones myſticas
accedimus, & ſanctificamur, p̄ticipes ſan-
cti corporis, & pretiosi ſanguinis Christi
om̄i nostri redēptoris effecti, nō ut cōmu-
nem

nem carnem percipientes, quod absit, nec ut viri sanctificati, & uerbo conuincti, secundū dignitatis unitatē, aut sicut diuinā possidentis habitationē, sed uere uiuificati carnē eā esse professus est. Et ideo non eā ut hominis unius ex nobis existimare debemus, sed & uere propriā eius factā, qui propter nos filius hoīs & factus est, & uocatus. Et iterū. Si quis nō cofitet carnē dñi uiuificam esse, & propriā ipsius uerbi dei patris, anathema sit. Sed ducentorum istorum pontificum anathema Berēgarius nō merituit, qui suū propriū anathema, quod ipse sacramento Romę fecit proprio ore, & posuit & adiecit, tanquam proprium glazium furiosus incurrit.

Beatus q̄q; Gregorius in homelijs ait: **G regorius**
 Quid nanq; sit sanguis agni, nō iā audiendo, sed bibendo didicistis. Qui sanguis super utrumq; postē ponit, qn̄ non solū ore corporis, sed etiā ore cordis haurit. Idem in libro dialogorum ultimo; Hęc nāq;, ait, singulariter uictima, ab æterno interitu aias saluat, quæ illā nobis unigeniti mortē per mysterium reparat. Quilicet surgēs ex mortuis

GVIMUNDI CONTRA

Rom. 6. tuis, tam non morit, & mors illi ultra non
dominabit, tñ in seipso immortaliter atq;
incorruptibiliter uiuës, pro nobis iter in
hoc mysterio sacræ oblationis immolat, ei⁹
quippe ibi corpus sumit, eius caro in pos-
puli salutem partitur, eius sanguis iam nō
in manus infidelium, sed in ora fidelium sun-
ditur. Hinc ergo pensamus, quale pro no-
bis hoc sacrificiū sit, qđ pro absolutione no-
stra passionē unigeniti filij semper imitat.
Quis eñ fideliū dubium habere possit in
ipsa immolationis hora, ad sacerdotis uoz-
cem celos aperiri, in illo Iesu Christi myste-
rio angelor⁹ choros adesse, summis ima-
sociari, terrena cœlestibus iungi, unū quid
ex inuisibilibus atq; uisibilibus fieri. Qua-
propter sā nunc ponāt umbratī isti silen-
tiū, quibus tot tantiq; autores incontradi-
cibili autoritate resistunt. Consyderēt etiā
atq; etiā, quid in multis locis sanctus Hie-
ronymus, quid Bedda, quid Isidorus, sed
etiam omnes doctores præcipui tam Gr̄
ci qđ Latini, de corpore dñi doceant, atque
erroris suo, tot cedētes tantisq; doctorib⁹,
finē ponāt. Non eñ oia discutere, ppter ię-
dium longi operis debemus, cum his que-

discussim⁹ rōnabiliter cōtradici nō possit,

Beatissimū tñ Hilarium Pictauensem Episcopū, fidēi penē suo tpe singularē co^zlumnam, sanctissimi Martini institutore, à beato quoq; Augustino, cæterisq; poste ris doctoribus, & ab oīni ecclesia dei summa deuotione suscepū, ad mediū uolo de ducere. Commodissimū nanq; reor fore, ut quid etiam hic mirabilis disputator, de Eucharistia dñi in libro octauo de Trinitate sentiat, subtiliter attendamus. Contra Arianos q̄ppe disputās, ut substantialiter patrē esse in filio demonstraret, ipsum filiū in nobis substantialiter per Eucharistiam probauit hoc modo: Eos nūc inq; Hilari⁹, q̄ inter patrē & filiū uolūtatis ingerūt unitatē, interrogō, Vtrum' ne per naturę vīta rem hodie Christus in nobis sit, an per cōcordiā uoluntatis: Si em̄ uere ybū caro factum est, & uere nos uerbū carnē factū cibō dñico sumim⁹, quō nō naturaliter manere in nob̄ existimād⁹ est, q̄ et naturā carnis nře iā inseparabile sibi hō natus assūm̄sīc: & naturā carnis suę ad naturam eterni tatis sub sacramēto nobis communicādæ

i a carnis

G V I M V N D I C O N T R A
carnis admiscuit. Ita eīm oēs unū sumus,
quia & in Christo pater est, & Christus in
nobis est. Quisq̄ ergo patrem naturaliter
in Christo negabit, neget prius non natu-
raliter, uel se in Christo, uel Christum sibi
in esse, q̄a in Christo pater, & Christus in
nobis unū, in his esse nō faciūt. Si uere igl-
tur carnē corporis nostri Christus assum̄
psit, & uere homo ille, quia ex Maria nat⁹
fuit, Christus est, nosq̄ uere sub mysterio
carnē corporis sui sumimus, & p̄ hoc unū
erimus, quia pater in eo est, & ille in nobis,
quomō uoluntatis unitas asserit, cū natu-
ralis per sacramentū proprietas, pfectæ sic
sacramentū unitatis. Nō est humano aut
seculi sensu in dei rebus loquendum, necq;
per uiolentiā atq; impudentē prædicatione-
nem, celestiū dictor̄ à sanitate alienę atq;
impiæ intelligentiæ extorquenda pueris-
tas est. Quæ scripta sunt legamus, & quæ
legerimus intelligamus, & tum pfectæ si-
dei officio fungemur. De naturali enim in
nobis Christi veritate que dicimus, nisi ab
eo didicimus, stulte atq; ipse dicem⁹. Ipse
Ioan. 6. eīm ait: Caro mea uere est esca, & sanguis
meus

meus est potus. Qui edit carnē meā, & bi-
bit sanguinē meū, in me manet, & ego in
eo. De ueritate carnis & sanguinis nō est
relictus ambigendilocus. Nunc etem &
ipsius dñi professione, & fide nostra v̄e ca-
ro est, & uere sanguis est, & hæc accepta
atq̄ hausta id efficiūt, ut & nos in Christo
& Christus in nobis sit. An ne hoc v̄itas
est? Contingat planè his uerū nō esse, qui
Christum Iesum uerū esse deū negāt. Est
ergo in nobis ipse per carnem, & sumus in
eo, dū secūdum quod nos sumus ipse est.
Quoniā aut̄ in eo per sacramentū cōmu-
nicatæ carnis & sanguinis sumus, ipse te-
stat̄ dicens; Ethic mūdus iā me nō uidet, *Ioan. 14*
uos aut̄ me uidebitis, qm̄ ego uiuo, et uos
uiuetis. In illa die uos cognoscetis, qm̄ ego
uiuo, & uos uiuetis, & ego in uobis. Si uo-
luntatis tm̄ unitatē intelligi uellet, cur gra-
dum quendam atq̄ ordinē cōsummādæ
unitatis exposuit nisi ut cū ille in patre per
naturam diuinitatis esset, nos contra in eo
per corporalem eius natuitatē, & ille rur-
sum in nobis per sacramentorū inesse my-
sterium crederet, ac sic perfecta per media

GVIMVN DI CONTRA

corem unitas doceret, cum nobis in se ma
nētibus ipse maneret in patre, & in patre
manēs, maneret in nobis, et ita ad unitatē
patris proficeremus, cū q̄ in eo naturaliter
in est, nos q̄c̄ in eo naturaliter inessemus,
ipso in nobis naturaliter permanente. Quō
aut̄ naturaliter in nobis hæc unitas sit, ipse
attestatus est: Qui edit carnē mēā, & bibit
sanguinē meū, in me manet & ego in eo.
Nō q̄s in eo erit, nisi in quo ipse fuerit, ei⁹
tm̄ ipse assumptā h̄ns carnē, q̄ suā sumpse-
rit. Perfecte aut̄ huius unitatis sacramentū
supius iā docuerat dicens: Sicut me misit
Ioan. 6. uiuus pater, & ego uiuo p̄ patrē, & qui mā
duauerit meā carnem, & ipse uiuit p̄ me,
uiuit ergo per patrē. Et quo modo per pa-
trem uiuit, eodē modo nos per carnē eius
uiuimus. Omnis em̄ comparatio ad intelli-
gentiæ formā præsumit, ut id de quo agi-
tur, secundum propositū exemplum assē-
quamur. Hæc ergo uitæ nostræ causa est,
q̄ in nobis carnalibus manentem per car-
nem Christum habemus, uicturis nobis
per eum, ea conditione, qua uiuit ille p̄ pa-
trem. Si ergo nos naturaliter secundū car-
nem

nem per eum uiuimus, id est, naturā suā
 carnis adepti, quomodo nō naturaliter se-
 cundum spiritum in se patrem habeat, cū
 uiuat ipse per patrem? Hoc totū ex prædi-
 cto beati Hilarij libro seriatim hic ideo in-
 terponere uolui, ut perspecta attentius to-
 tius disputationis huius ratio, quid de ue-
 ritate dñici corporis, qđ de altari sumimus,
 beatus sentiat Hilarius, inuariabili certitu-
 mine nos perdoceat. Probat namq; dispu-
 tator mirabilis, qđ pater naturaliter est in
 filio, id est, substantialiter. Aliter cū istud
 naturaliter non debet intelligi. Nā de sub-
 stantiali unitate patris & filij tota cōtra A-
 rianos quæstio uersabat. Nā disputator pi-
 tissimus tanto tempore illud nō probaret,
 nisi in quæstione esset. Id aut̄ per hoc pro-
 bat, quia naturaliter, id est, substantialiter
 ipse filius est in nobis. Non em̄ & istud na-
 turaliter alio modo intelligi debet. Nam si
 alio modo intelligeret, tota ipsa disputatione
 uacillaret. Quomō em̄ nostra cū Christo
 unitas, si substancialis nō esset patris et Chri-
 sti unitate substancialē pbaret? cū sibi hinc
 magis Ariani argumentū cōtra cōsiceret,

GVIM VNDI CONTRA

eo q̄ sicut nostra cū Christo unitas, quę ad probandā patris & filij unitatē affert, subsstantialis nō esset, ita inter patrē & filiū cōsequenter intelligi oportere confirmarēt, huius ipsius authoritate nitentes, qui ait: Omnis em̄ cōparatio ad intelligentiae formam pr̄sumit, ut id de quo agit, secundū propositum exemplū assequamur. Constat ergo & disputationis ratiōe, & eiusdē uiri authoritate cogente, quia naturaliter hic pro substantialiter est accipiendū. Ex hoc igit̄ disputator egregi⁹ huiusmodicō ficit syllogismū: Si Christ⁹ in nobis est naturaliter, id est, substantialiter, nō tantū per concordiā uoluntatis, & pater est in Christo naturaliter, id est substantialiter, nō tñ per concordiā uoluntatis. Hanc propositionem assumptio comitāt, ab antecedēti hoc modo: Est Christus naturaliter, id est substantialiter in nobis, non tantū per cōcordiam uoluntatis. Quā assumptionem mirabili peritia disputandi, interrogando maluit ponere, tanq̄ responsonem interrogatione extorquens: Eos nūc, qui inter patrem et filiū uolūtatis tñ iūxere unitatem

Hilariana
regula.

Naturali-
ter pro sub-
stantialiter

BEREN. LIBER III. er
tem interrogo, Vtrum ne per naturæ vitiæ
rem hodie Christus in nobis sit, an per eos
cordiam uoluntatis? Deinde huius assump
tionis probatio: Siem uere uerbum caro
factum est, & uere nos uerbū carnē factū
cibo dominico sumimus, q̄ modo nō natu
raliter manere in nobis existimandus est,
qui & naturā carnis nostræ iam insepara
bilem sibi homo natus assumpsit, & natu
ram carnis suæ, ad naturā æternitatis (sub
audit contentā sub sacramento) nobis cō
municandę carnis admiscuit? Et cetera q̄
sequunt idipsum inculcant. Et quasi quæ
reres, quō scio q̄ uerbū carnem factū cibo
dñico sumim⁹, uel q̄ naturā suę carnis sub
sacramēto nobis cōmunicādæ carnis ad
misiuit? De ueritate, inqt, carnis & sangu
nis, nō est relictus ambigēdi locus. Quare
aut nō est relictus ambigendilocus, cōse
quenter probat dicens: Nunc em ex ipsi⁹
dñi professiōe & fide nostra, uere caro est,
& uere sanguis est. Iam hic proxie p̄emō
strauerat dicendo: Non est humano aut se
culi sensu in dei iebus loqndū, nec p̄ uios
lentiā aut impudentē prædicationē cœle
stium

GVIMVNDI CONTRA

stium dictorꝝ à sanitate alienæ atqꝫ impię
intelligentiæ extorquenda peruersitas est.
Quę scripta sunt legamus, et q̄ legerimus
intelligamus, & tum perfectæ fidei officio
fungemur. De naturali eī in nobis Chri-
sti ueritate quæ dicimus, nisi ab eo didici-
mus, stulte atqꝫ impię dicemus. Ipse enim
Ioan. 6. ait; Caro mea uere est esca, & sanguis me⁹
uere est potus, Qui edit carnem meā, & bi-
bit sanguinem meū, in me manet, & ego
in eo. Hic sanè interrogare placet, qui sunt
qui in his rebus dei, humano aut seculi sen-
su loquunt? Nōne illi, q̄ clausis internis lu-
minibus, secūdū sensus exteriores huic se-
culo congruos, de mysterijs cœlestibus ra-
tiocinant? Qui sunt, inq̄, qui uiolenter ex-
torquent impiā intelligentiā cœlestiū di-
ctorꝝ Illi 'ne, qui ea quæ scripta sunt, sicut
iubet Hilarius, legunt, & sicut legunt sim-
pliciter planè absqꝫ ulla adiectiōe sua intel-
ligunt: an illi, qui uexātes scripturam, qđ
illa sonat, respuunt, et figurationes quas dā
ei pro arbitrio sui cordis imponūt: Illi cer-
te non eā extorquent, nisi ei uiolenti sunt,
qui simpliciter, sicut eam legūt, intelligūt.

Illi ig

Illi igit̄ iudicio beati Hilarij hæc uerba sal
uatoris peruerse atq; impie intelligūt, qui
simplici intellectu contempto, ad figuram,
addendo quod sibi placet, ea trahunt. Ex
his ergo uerbis dominicis cū probasset qā
nos uerbum carnem factum uere cibo do-
minico sumimus, ad assumptionem sylo-
gismi sui reuertitur, & quomodo per hoc
nō tantum cōcorditer, sed etiā substantia-
liter sit Christus in nobis, exequī dicens:
Et hæc accepta atq; hausta id efficiunt, ut
& nos in Christo, & Christus in nobis sit.
An ne ueritas nō est? Contingat planē his
uerum non esse, qui Christum Iesum uere
esse deū negāt. Ad hoc ipsum cætera q̄q;
referuntur, quæ usque ad cōclusionem di-
cuntur. Deinde iam ad conclusionem ac-
cedit fidenter, assumptionem cum sua pro-
batione satis artificiose breuissime repeten-
do, hoc modo: Si ergo nos naturaliter se-
cundum carnem per eum uiuimus, id est,
naturam suæ carnis adepti, quomodo nō
naturaliter secundum spiritum patrem in
se habeat, cum uiuat ipse per patrem?
Hūc ergo beati Hilarij syllogismū um-
bratici

GVIMVNDI CONTRA
bratici nostri si ualent euadant. Aduertite
em̄ ó umbratici, q̄a per hunc cibū sumptū
probat in nobis substātialiter esse Christū.
Cū ergo hunc cibū sumimus, substātiā
Christi sumimus. Quomodo em̄ per hoc
q̄ nos uerbū carnē factum cibo dñico sus-
mimus probat, q̄a Christus in nobis subs-
tātialiter est, si in hoc cibo umbra tanit̄
Christi, & non substāntia Christi est. Aut
quomodo hęc accepta atq̄ hausta hęc effi-
cere possunt, ut Christ⁹ in nobis sit substā-
tive, si in eis ipsis non est nisi umbratice?
Quomodo, inq̄, si nos uerbū carnē factū
cibo dñico non substātive, sed umbrati-
ce sumimus? Per hoc consequens est, ut in
nobis substātialiter maneat Christ⁹. Quæ
est huius probationis necessitas? quæ cō-
sequentia? Nulla quippe necessitas est, nul-
la cōsequētia, ut ubi est alicuius rei figura,
sit consequenter eiusdem rei substāntia. Si
em̄ cuiuis dicerē: In hoc pariete est substā-
ntia tua, q̄a ibi est imago tua, nonne me dis-
ceret insinuire? Sed nec quisq̄ oīnō dixē-
rit, quādo edebat agnus legalis, ut ibi esset
substāntia Christi, cū ille agnus ūbra esset
86 figu

& figura Christi. Quis yō audiat dicere, cū serpētem æneū Moses in deserto suspēderet, q̄ ibi substantiā Christii suspēderet, cū substantiā Christi in ligno suspendēdi serpens ille æneus figuraret? Quocirca si assūptio Hilarij, qua dicit, q̄ substantia liter in nobis est Christus, per hoc rata esse memorat, quod nos carnem & sanguinē Christi cibo dñico sumimus, quæ accepta atq; hausta id efficiunt, ut Christus in nobis, & nos naturaliter unū simus in Christo, naturā suā carnis adepti. Nulla autē cō sequentia, ut ostendimus, assūptio illa p̄ hoc probari potest, nisi in cibo domico sit yē substantia corporis & sanguinis Christi, manifestum est qm̄ prudentissimus argumētator Hilarius, qui suā assumptionē p̄ hoc cōfirmare uoluerit, substantiā corporis & sanguinis dñi nos in cibo dñico sumere, non umbrā & figurā tantū, ut umbrati ciisti somniant, credidit. Ut autē uis totius disputationis q̄ breuissime sub oculis reponat: Aut umbratice credidit htissimus Hilarius nos comedere uerbū carnem sanctū, aut substantiue. Sed si ubratice credidisset, nunq̄

Num. 21.

Ioan. 3.

GVIM VNDI CONTRA

nunq̄ hoc disputator egregius ad probādū q̄ Christus in nobis substantialiter est, attulisset, cum nihil sibi, sed potius aduersarijs prodeisset. Neq; hoc quod intendebat ullo modo exinde confici, sed potius ecōtrario, q̄ Christus in nobis non sit substantialiter q̄ facillime & ipse & quiuis medio-criter eruditus cernere posset. Quoniā igitur uir eruditissimus ad probandum assumptiōnē suam id attulit, non umbratice naturam carnis Christi nos comedere credit, Credidit igitur substantiue.

Huius sane libri sancti Hilarij btūs Augustinus in suo libro de Trinitate cū magna ueneratione mentionem facit. Vnde palām est, quia disputationem hanc reprehensibilem non iudicauit. Palām ergo & illud est, quia eiusdem fidei fuit. Quapropter beatissimi et doctissimi uiri Hilarij disputatio apud omnes fideles ualeat, Vmbriticorum stultissima garrulitas penitus obmutescat. Nō solū em̄ p̄dictis autoritatibus, sed & multis q̄c; alijs euidētissimis De mirabilibus confutantur. Qd si miracula nō recipiūt, hostes ecl̄ę se decla-

culis.

UV A. BHSC. IyR_249

se declarant. Ecclesia em̄ miraculis q̄ ma-
xime & propagata est, & adulta. Quid de-
nicq̄ est aliud miracula cassare, nisi ecclesiā
quantū in se est, auferre. Eisdem quippe ar-
tibus (ut ait quidam) quibus partū est im-
perium, retinet. Quapropter ecclesiæ ho-
stes sese, & nō filios astruūt, si eius miracu-
la accipere nolūt. Quid aut̄ stultius, qd ue-
cordius, q̄ euacuare miracula, cum nulla
oīno res sine miraculo fiat? Utinā isti uen-
tiloqui, dum impudenter iactitat talia, cre-
derēt qm̄ hoc ipsum etiā oīno quod sunt,
non nisi ex diuino miraculo est. Sed sunt
qui miracula nō respuere qdē respondeāt,
libros uero in qbus ea legunt, apocriphos
asserunt. O' iniqua licentia. Quos ecclesia
dei in ædificatione sui per totū orbē tan-
tis temporibus sub tatis doctoribus legit,
& legēdos tradidit, hos pauculi minus do-
cti & animales, nullo rationis intuitu, nisi
tantum quia non placent eis, apocriphos
dicunt. Et quia Paganorū libēter historias
amplectunt, Christianorū historias, q̄s to-
tus amplectit mundus, cassare laborant.
Sed & hoc ipso q̄ eis nō placet, qd uniuers
salie

GVIM VNDI CONTRA
sali ecclesiæ placuit, & obstinate respuunt
quod libenter illa recipit, non pacificos ei⁹
filios, sed inimicos manifestos se probant.
Quapropter q̄ se filios ecclesiæ uel dici de-
syderant, libros quos illa recipit, non recu-
sent. Qua ratione eīn uitam beati Grego-
rī quilibet Christianus apocriphā dicat,
quam attestante Roma æditā, tot sanctis-
simi, doctissimiq; Romani pontifices, nul-
lo dissonante, hactenus pbauerunt, eoꝝ q̄
autoritatē secutæ tot ecclesiæ, cuncto po-
pulo consonante, nūc usq; suscipiunt.

In eadem sanè uita scriptum est, q̄ bea-
tissimus idem papa Gregorius, præsente
populo Romano, cuidam matrifamilias,
quia cōmunicatura r̄sisset, dñici corporis
portionem subtraxerit. Quā in ara reposi-
tam cōmuni mox prece ad deum fusa, ad
instruendam de ueritate dñicæ carnis ma-
tronæ, seu etiam populi fidem, corā omni
populo in specie uerę carnis, quasi digiti ar-
ticularis ostenderit. Cumq; mulier iam fi-
delior, propter horrorem carnis cōmuni-
care trepidaret, cunctis iteꝝ dñi misericor-
diā pro illa suppliciter implorantibus, ean-
dem

dem ei particulam Papa in consueta panis specie reporrexit.

Illud etiam miraculū, quod in Vitis pa-
trum legit̄, licet Berengarius oderit, quia
tñ opitulante dñō alijs proderit, uel tenui-
ter memoro: Vbi uidelicet abbas Daniel
senem quēdam de corpe dñi errorem sim-
pliciter paſſum, cū dominū pro dubitatōe
hac remouēda, multis precibus exoraffet,
angelum dei super aram, sacrificij hora, ui-
diſſe puerū immolantem, sibiq; ad cōmu-
nionem accedenti, eiusdem pueri particu-
lam porrigētem. Sed cū ille nimiū exterris-
tus sumere trepidaret, mltis lachrymis spe-
ciem panis, ſide iam solidatus, obtinuit.

Sed quem mouere in admirationē, &
laudem diuinæ bonitatis non debeat ma-
gni patris nostri gesta Basilij, iter cuius ma-
nus Iudæus in medio frequentis latitās po-
puli, sacrificij tpe partiri puerulū uidit, ex-
clamauit, & pptere a baptizatus est. Mul-
ta quoq; huiusmodi alia & nostri tpis, &
antiqui narrari possunt, à quibus superles-
deo. Nam & catholicos breuiter commo-
nuisse de miraclis sufficit, & hæreticos plu-

k

rima

GVIMVNDI CONTRA

rima taliū narratiōe prosequi fortasse non proficit. Gesta nanqz sanctore patre proprio ore dilacerant, nec ea quod de his scripta sunt, uel dicunt̄ diligunt, qui se in credēdo similes non nouere. Sed quid mirz, si patrū historias Berengarius & sui despiciunt, qui Euāgelio etiā contradicūtz dicentes: Nul-

Ianuis clau-
sis Chrū; in
trasse nega-
uit Berēga-
rius, idē fa-
cit Oecolā.
& suis.

latenz debere credi quod ibi legitz, intrasse ad discipulos domīnū Iesum ianuis clausis. Ad hoc tamen hæc narrasse me contra eos pficit, quia qcquid exteriz garriāt, cōscia tamē eorz ad se ipsam rediens concutitz & marcescit. Dumqz attendit quod fauorabiliter ubiqz tanto tpe mundus ista suscepit, quæ fuerit hactenus catholica fides de corpore dñi, latere non potest. Tanti quod proprie tempo ris summe doctiz sanctiz pontifices, erudi ti religiosiz abbates, monachi, clerici, uniuersus populus dei, si contraria rectæ fidei ista cognouerūt, quare non damnauerūtz quare non destruxerūtz Quare uel legi nō prohibuerunt: Atqui ipsi ea legerunt, ipsi dilexerūt, ipsi ob ædificationē fidei legenda usque hodie tradiderunt, Omnes fauere, Nemo auditus est, nemo lectus est refraga tus.

tus. Non igitur contra fidem rectā esse sen-
tiebant. Eandē igitur fidē de corpore oēs
tenebant. Aut ergo istis omnībus umbras-
tici nostri correcti cōsentiat: aut istos oēs
contra se testes irrefragabiles damnādi p-
sentiant. Quapropter nullum amplius raz-
tionis confugium , tantacq; nube testium,
pressa eorū stultitia , penitus obmutescat.
Claudat, inq; silentio perpetualiter umbra-
tica impietas , ubi tot præcipuis testibus,
tam clara uoce conclamantibus,catholica
patet ueritas. Quis enim huiusmodi homies
stultissimos planè, & ipiissimos dicere du-
bitet, qui non uereant scripturas sacras ad
nutū suū male interpretādo corrūpere, ue-
nerabiles atcq; eruditissimos tot autores ni-
hili pēdere,in ea re nūc cōturbare eccliam,
in qua cū Arianis immanissimis hostibus
suis noscīt habuisse pacē,in q; ipsa p os Hi-
larij sui contra eosdem Arianos , uelut ar-
gumento ratissimo se potuit communire,
id nūc cum omnium Christianorū sum-
ma pnicie irrationaliter casum ire. Hæc
interim contra Vmbraticos dicta sint.

k a

Nunc contra

GVIM VNDI CONTRA

Hec cōtra
Luteranos

Nunc Contra illos habenda ratio, q̄ ecclesiæ rationibus expugnatī, iā quidē negare nequeūt substantiā corporis Christi cibo inesse dominico, panē tamē & uinū per yba saluatoris, in carnē eius & sanguinem uerti nequaq̄ credentes, sed Christū pane & uino cōmīscētes, tanq̄ subtiliori ratione hæresim alterā condiderūt. Quos quidē alios dico quasi alio errore detētos. Nā alias idem sunt. Nā primū qdē apud quos possunt, quantūcunq; possunt, nihil vide hic q̄ de corpore & sanguine dñi substātialiter mō unus er sacramentis inesse contendūt. Sed inde tñ ror sequat̄ (ut diximus) pulsi, cōfugere malūt ad hāc tur aliū, & impietatē, q̄ synceram tenere cum alijs ho quō ex Lu minibus humiliter ueritatem. Cuius uethero p̄die saniae causam proferunt hanc, ut per panē rit, licet se & uinum, inquiunt, caro Christi comedī, ut simulat, & sanguis potari possit. Sed ut qd hāc cau inuitō, sa = sam; Quare eīm per se sine corporis alteri crāmentaria adiumento caro dñi nō possit comedī, et san hæresis. quis potari? Si eīm carnis & sanguinis horrorem metuunt, cur nō sufficit ecclesiæ ratio per sanctum Ambrosium in libro de sacramentis generaliter respondentem, re quidem

quidē substantias mutari, sed propter hororem, priorem saporem, colorem & cætera quædam accidentia ad sensus dunataxat pertinentia retineri. Si em̄ respondet id non posse fieri, ut in alio uidelicet corpore color & sapor aliis corporis teneat, diuinam possum⁹ eis breuiter obiectare potentiam. Cui si concedūt, finem faciūt quæstioni. Sin aut̄ derogant, audiant scriptū: quia omnia quæcūq; uoluit deus, fecit, in cœlo & in terra, & cætera multa, quæ iā in principio huius opusculi contra blasphemias istor̄ satis abundeq; respondimus.

Vt tamen exemplis res clareat, diligenter attēde quod de manna legitur, qm̄ ad nutū comedentis q̄rūlibet in eo cibor̄ cōtinuo sapor alternat. Vt igit̄ altiores mystérij causas, diuinic̄ consilij profundiore sapientiam, in q̄tū mihi exiguo scire cōceditur sileam, sicut ibi cōsulebat hoīm carnaliū uoluptati, ita & hic consulit infirmor̄ necessitatib; qui tunc multor̄ sapore mutant, remouebat fastidiū, nunc unius corporis sapore retento, tolit horrorem.

De colore quoq; & cæteris huiusmodi
k 3 acciden

GVIMVNDI CONTRA

accidentibus non est difficultis ratio, cū ipē
dñs se per diuersas legat species discipulis
monstrasse, & nūc eis solitum colorem
ostendisse, nūc ad instar solis & niuis trās
figuratum resplenduisse, nūc se exhibuisse
tanq̄ peregrinū, nūc apparuisse uelut hor-
tulanū, aliqñ speciē exhibuisse ministran-
tis, aliquando formam tenuisse docentis.

Quod si ad illas causas refugiunt, ad q̄s
moueri saepe solent, quia uidelicet nephas
sunt Christū dentibus atteri, nephas sunt illum-
inentibus minui, has ut puto, in principio
huius opis sufficienter euacuauimus. Nā
qui post resurrectionē manibus & labijs,
(ut dictū est) potuit attrectari, & dentibus
etīa potest. Eucharistiā yō, si Christo qđē
nō placet, ut corpus suū sine aliquo ipsius
incōmodo diuidat, exemplo uocis & ani-
mę, que totæ in diuersis locis esse possunt,
in comedendo negauimus minui, licet
altissimi causa mysterij, quo & infidelibus
tanta res clauderetur, & fidelibus utile ex-
ercitium præberet, id uideat fieri, sicut isti
negare nequeūt, cū uno tpe mille missę lo-
cis diuersissimis celebrent, ppter diuersos
locos

locos corpus dominicū uideri quasi diuisum, & tñ nullatenus esse diuisum. Nā cū in singulis missis totū sit, iā non esset unū. Quare similiter cōcedere nō possunt, illud in uno ore propter exercitiū fidei, & quasi diuisum sentiri, et nullā tamē diuisionē pati. Vanissime ergo nephas istud, attrectandi scilicet dentibus, uel minuendi corpus dñi metuūt, cum & ipsum corpus sit attreſtabile, et si iā sine sui incōmodo diuidi nō potest, uideri quasi diminutū in isto sacraſ mēto possit, cū maneat indiuisibile. Quas propter cū & istae causæ nihil ualeat, nec alias sibi afferant, quæ insania est, ut Christum, ut ita dixerim, sua autoritate impas-
nent & minuant.

Et quidem Christū incarnari humanæ redemptionis ratio exposcebat, qđ futurū Prophetæ prædixerunt, factū Christus ostendit, apostoli prædicauerunt, mundus credidit: at impanari uel inuinari Christū nulla (sicut ostendimus) expeditatio, nec Prophetæ prædixerunt, nec Christus ostendit, nec Apostoli prædicauerunt, nec mundus, exceptis his paucissimis

k 4 hæreticis

G V I M V N D I C O N T R A

hæreticis credidit. Vnde igit̄ eos malus error iste peruersit̄. Totus mundus concinit: Sicut anima rationalis & caro unus est homo, ita deus & homo unus est Christus. Nemo dicere audet: ita deus et homo & panis et uinum, unus est Christus. Vnde igit̄ istis hęc noua companatio: Quare uel Aposto

Gala. 1. lus non terruit eos dicens: Si quis annunciauerit præterq; qđ annūciauimus uobis, anathema sit. Christum em̄ isti impanatum inuinatū annunciant, sed huiusmodi Christum Apostoli non annunciauerūt, Anathema igit̄ isti apostolica autoritate incur-

Ambrosius runt. Beatus sanè Ambrosius in libro de Sacramentis de his copiose differens, non in pane & uino corpus & sanguinem dñi latere, sed panem & uinū in corpus & sanguinem dñi cōmutari docuit ita dices: Si igit̄ tanta uis est in sermone dñi nostri Iesu Christi, ut inciperēt esse quod nō erāt, quanto magis operatorius est ut sint quæ erant, & in aliud cōmutent̄. Audis igit̄ quia in aliud commutant̄. Et hoc diligenter nota, quia non dixit, ut sint quod erāt, sed ut ea q̄ erant (inquit) sint, sed aliud sint quam

q̄ erāt. Quod uidet̄ sentire, cum subiūgit:
 et in aliud cōmutent̄: tanq̄ suam cōpara-
 tionem explicaret, sic: Si sermo domini Ie-
 su operatus est, ut inciperent esse quæ nō
 erant, id est, ut essent res ex eo qđ nō erāt,
 id est, ex nihilo, quāto magis operatorius
 est, ut sint quæ erant, id est, ut sint ista, id
 est, corpus & sanguis ex eis quæ erant, nō
 ex nihilo? Aliter em̄ comparatio ista recte
 intelligi non potest. Quæ igit̄ erant, id est,
 panis et uinum sunt, sed nō sunt qđ erāt,
 sed in aliud cōmutata. Et hoc est qđ ait,
 ut sint quæ erāt. Et ita sunt, ut nō in se sint,
 sed in aliud cōmutent̄. Hūc sensum in
 eodē libro idem doctor apertissime osten-
 dit dicens: Quantis igit̄ utimur exemplis
 ut probemus, non hoc esse qđ natura for-
 mavit, sed qđ benedictio consecravit, ma-
 ioremq; uim esse benedictionis, q̄ nature,
 quia benedictione etiam natura ipsa mu-
 tatur. Si igit̄ non sunt quod natura forma-
 uit, non sunt qđ erant, id est, non sunt pa-
 nis & uinum. Ex superiori igit̄ sñia, & ex
 ista, clare ostendit, quia quæ erant sunt, id
 est, nō ex nihilo fit corpus & sanguis Christi, sed

GVIM VNDI CONTRA

stis, sed de his quæ erant, nō tamen sunt id quod erant, quia non sunt id quod natura formauit, id est, non sunt panis & uinum, sed in aliud commutant, & sunt id quod benedictio cōsecrauit, id est, corpus & sanguis, quia benedictione, ait, natura ipsa mutatur.

Et adhuc attende doctorem ueritatis.

Quod si tñ, inq̄t, ualuit sermo Heliæ, ut i-
3. Reg. 18. gnem de cœlo deponeret, nō ualebit Chri-
sti sermo, ut species mutet elemētor̄. De
Psal. 134. totius mūdi operibus legisti, q̄ ipse dixit
& facta sunt, ipse mandauit & creatas sunt,
sermo Christi, q̄ potuit ex nihilo facere qđ
non erat, non potest ea quæ sunt, in id mu-
tare quæ non erant. Nō eñ minus est no-
tas rebus dare, quām mutare naturas.

Item, panis iste, panis est ante uerba fas-
cramentoꝝ, ubi accesserit consecratio, de
pane sit corpus Christi. Et iter̄: Antequā
consecrat, panis est: ubi aut̄ uerba Christi
accesserint, corpus est Christi. Denicꝝ au-
di dicentem: Accipite & edite ex eo omnes:
Hoc est enim corpus meum, &c.

Marius lectori.

Hęc sunt, lector Christiane, nobis in exemplari satis uetusto, situq; squalido, de tribus Guimundi libris allata, quae quāta potuimus diligentia perlustrantes recognoscimus, & si qua librariorum errata inuenimus, p ingenij nostri tenuitate restituimus anteq; typis Iuliacensis nostri, calcographi fidelis & uere christiani, excudenda daremus: sed quantū licuit ultimo discessus nostris esquidie, in quo ea à nobis extorsit. Et minime dubitamus, non nihil, & fortassis non par, coronidi huius tertij libri deesse, cum ultima illa adducta Ambrosij autoritas mutila sit, & nō tota adducta. Sic enim in Ambrosio libro. r. de Sacramentis ca. adnectis literæ contextui: Ambros. Et a n uerba Christi (intellige, quae in fine supra legisti: Hoc est &c.) calix est uini & aquæ plenus, ubi uerba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur, qui plebem redemit. Ergo uidete, quantis generibus potens est sermo Christi, uniuersa conuertere.

Hæc &

GVIMVNDI CONTRA'
Hæc & nōnulla alia, ad finem capitinis usq;
adducit, & per totum caput sequens, Am
brosius.


Quia uero uno duntaxat, & eo, ut iam
dixi, illegibili, sum usus exemplari, quo-
modo concluserit Guimundus, modo nō
potuimus asserere, noluimus nihilominus
te tanto thesauro priuari, quo ad usq; totū
fuerimus nacti opus, Sed & adhortatū iri,
ut illa legas, relegasq;, utque eo maiorem
compassionem cum plurimis adhuc, tum
Basileæ, tum alibi, tam uiris Senatorijs, q
priuatis, habeas, qui non, nisi ui furoris sa-
cramentarij illius sp̄ritus, quem Asmo-
deum nemo non uidet esse, detenti, eccl-
esiasticis carent ritibus, & sanæ doctrinæ
decretis. Qui & profecto, quoniam hęc et
similia iamdudum centies audierūt, ante
quingentos annos & acta fuisse & scripta,
in contionibus suorum præconum, eadē
eò credent fortius, quum uiderint autho-
res, qualis is noster Guimundus est, atque
etiam Algerus simul & Rogerius, quos
etiam suo tempore es habiturus tales &
tantos. Ex quibus intelligat omnium æta-
tum

tum Mirmillonibus, suos contigisse res
tiarios, nec unquam quidpiā potuisse eos
contra dominici corporis & sanguinis tā
ueritatem, quām sacrificium, sed mox ut
uibrarint ensem aut mucronem, eruto de
uerbi diuini scuto, & ueritatis Christi ga
lea, atque iusticię thorace obiecto, reti pis
catorio iusso duci in altū à Christo, ipsoꝝ
fuisse capita inuoluta, & in Plutonicas pa
ludes, tam doctores quām doctrinas eorū
præcipitatas. Quod & his nostris tempo
ribus nequaquam dubitemus futurum,
studeamus duntaxat emendandæ malæ
nostræ uitæ in meliorem. Vale. Friburgi,

. XXVI. Maij. Anno Christi,

I 5 2 9.


IOANNES FABER EMMEVS
IVLIACENSIS IMPRIMEBAT
ANNO M. D. XXX.



UVA. BHSC. IyR_249

Nodos secat scriptura Caſioticos.

Αλλός ο μύθος τὸν ἀλυθέας εὗρε.



Machæra pulchre Gordium nodum secat.

Elenchus rerum memorabilium in tribus Gul.
mundi libris de ueritate corporis Christi in Eucharistia.

Accidēia quæ superuenientibus alijs cedūt, in nihilum redi A
guntur. folio .23. pagina 2.

Aia in toto corpore tota, & in qualibet parte tota. 13. 19. p. 20

Artes in Gallijs abolitæ. 2.

Artium instaurator Lanfrancus 2.

Atteri dentibus, est fortiuscule tan^g 8. pag. 2

Atteri dentibus nonnūq; est cō ninui dentibus & frangi. 10.

Baptismus exterior est interioris sacramentum. s. p. 2 B

Baptisma paruulorum euertit Berengarius. 2. pa. 2

Berengarij insolens uita 1. pa. 2.

Berēgarius legitima cōiugia conatus est destruere. 2. pa. 2.

Berengarius ueritatem corporis Christi negauit. 3.

Berengarius damnationem nuptiarū, & paruulos non esse
baptizanos per scripturas non potuit tueri. 3.

Berengario qui primum crediderint. 3 pa 2

Berengarius agnouit & reuocauit errorem suum in concilia
Turonensi & Romano 4.

Berengarianæ heresis multa genera. 6.

Carnem Christi partiri quid sit. 11.

Caro Christi non corruptitur 26. pa. 2.

Caro uera, & sanguis uerus in specie sua à sacerdote celebrā
te inueniūtur, et reseruantur pro reliquijs. 30. pa. 2.

Caro Christi est uita ecclesiae 13. pag. 2

Caro Christi quō non prodest quicquam. 39. pag. 2.

Caro Christi uera est quā sum̄mus, & uerus eius sanguis
quem potamus. 18. pag. 2.

C

Celebratio domini corporis signum est passionis Chri. 37. 38. p. 2
Christus totus in tota hostia, et in qualibet particula totus. 11.
Christus non plurificatur in pluribus missis simul celebratis,
et ad hoc aptae similitudines de uoce et aia. 12. 13.

Christus genitus absq; dolore, et salua matris integritate. 21.
Christum transferre posse panem et uinum in corpus et sanguinem suum, nulla ratio obstat. 14.

Christum in pluribus locis esse, aut in pluribus partibus hostie et frumenti.
et e. nō facit sacerdos aut fragens, sed ipse Christus. 14. p. 2
Christus nobis adest, nos docet et consolatur in hac peregrinatione, sed oculis carnis non cernitur a nobis nisi in peregri-

grina specie. 15. pa. 2

Christus in missa immolatur, sed non carnaliter. 38.

Christus semel ipsum offerens pro nobis, factus est nobis redemp-

tionis signum 41.

Christus est signum foederis. Ibidem pag. 2

Christus sui ipsius est signum 45. pa. 2

Christus a nobis manducatus, est in nobis naturaliter, id est,
substantialiter. 64. 65. pag. 2.

Christus serebat seipsum in manibus. 56.

Chri. intrasse ad discipulos ianuis clausis, negat Ber. 69. p. 2

Christum Berengarius, sicut et nostri tipis haeretici, uolunt
in celo uelut in carcere contineri. 52.

Christus non sic in terris sacrificatur uel manducatur, ut ins-
tem cogatur celos deserere. 52. pag. 2

Christum impanari aut inuinari, hoc est in pane et uino co-
tineri et occultari, nulla ex petit ratio. 72.

Cibum altaris domini nusquam in lib. de doct. christiana uocat Au-
gustinus signum uel figuram. 37. et 40. pag. 2

Consecrant minime oēs, q id attentāt nō debito modo. 14. p. 2
Cōsensus cotius orbis de ueritate corporis Chri in eucha. 69. p. 2
Cōciliū Vercellense dānauit Berengariū cū suis fautorib. 4.
Corpus idē totū simul & eodē tpe in diuersis locis esse, nulla
mēs hoīs pōt cape, secus de uoce et aīa cōceditur. 19. p. 20

Corpus Christi impanari, hoc est, in pane remanente latēter
cōtineri, uoluerūt nonnulli, ut faciūt iā Luherani. 6.

Corpus Christi, siue Christum dentibus atteri dupliciter po
test intelligi. 8. ♂ 10.

Corpus Christi pressura dentium nō lēditur. 10.

Corpus Christi quomodo diuidatur. 11.

Corpus Christi semp totū & integrū manet, et per sumptio
nem fideliū nec corrumpitur nec imminuitur 31. pa. 2.

Corpus Christi in secessum nō mittitur. Non enim oīa que
intrant in os, in secessum uadunt 32.

Corporis Christi uirtute, potest quis melius sustentari, quā
alijs epulis. 33. pa. 2

Corpus Christi quod uidebatur quō nō erat manducādum,
& fundendus sanguis bibendus. 45.

Corpus Christi propriū & uerū, siue cibus et potus altaris,
est sacramenū societatis sanctorum, & corporis Christi
mystici, quod est ecclesia 51.

Creatura, subtracta manutenēia dei, in nihilū recidit. 23. p. 2

Creatio creditur magis q̄ intelligitur. 19. pa. 2. ♂ 20.

Vt credamus ea quæ fidei sunt, accepimus praeceptum, nō ut
intelligamus. 20. pa. 2.

Credere primum oportet, deinde intelligere 21.

Dens aut aliud quicq̄ Christo immundū nō est. 9. p. 2 D

Error aliis ex alio priore frequēter nascitur. 70. p. 2 E

Eua violatura mundū de uiro uirgine prodiſt, ſed multo deſcentius Christus restauraturus mundū de uirgine faemia na proceſſit 23.

Euchariftæ ſacramentum eſt fidelium, non infidelium, q̄bū non diſtribuitur. 17. pa. 2

Euchariftā cōuigit duplū uidere dū putatur eē corrupta. 27

Circa Euchariftā, ſalua incorruptioē corps Christi, tale qd iuxta ſpeciē apparere potefit, unde offendantur increduli, & exerceantur & illuminentur magis electi. 28 p. 2.

Eucharifta ſive corpus Christi non roditur per mures, aut alia animantia bruta 29.

Euchariftis ſpēs quare nōnunq̄ uidetur eſſe corroſæ. ib. p. 2

Euchariftis ſpēbus oīno corruptis, ubi manet corp. Chri. 29

Eucharifta nō in quātitate, ſed in uirtute conſiſtit 32.

Euchariftia quæſita à paganis non eſt inuenta apud Tarsium 29 pa. 2

Euchariftie corroſio nō obſtat uitati quā credimus. ib. et 30

Euchariftie ſpecies ſi comburantur, non comburitur corpus Christi 31.

Euchariftie ſpecies ſine ſubiecto ſunt 31.

Euchariftia quō ab ecclēſia dicatur ſignū 40. pa. 2

Euchariftie participatio qd efficiat & ſignet 43

Euchariftiam eſſe ſacramentum corporis domini, quō intelli gendum ſit 44.

Euchariftia nō eſt dicenda umbra corporis dominici. 45

Euchariftia cōuerſa fuit in ſpeciem ueræ carnis ſpectante po pulo, tempore Gregorij papæ 68. pa. 2

Fidem noſtrām uile eſt exerceri in ſacramento Eucha riftie. 16. & 17.

Fides ut exerceri possit et locum habeat, hostia consecrata di-
uidi potest, non tantum ob mysterium. 17. pa. 2

Fide multa tenemus, quae ratione capere non possumus. 19. p. 2

Fideliter credimus prouidentiam dei nequaquam obuiare libero ar-
bitrio, non obstantibus fumis humanarum rationum. 19. p. 2.

Fidei catholice generalis consuetudo firmissime tenenda. 55.

Figurata locutio quomodo sit in uerbis Christi, Nisi manduc. etc. 40

Generatio hominum in scripturis quodammodo inuenitur. 21. pa. 2 G

Generatio naturalis quodammodo habeat mirabile. 21. pa. 2. G 22

Generatione Christi de uirgine, mundus auferre conatus est. 22

Heretici uenantur undecunq; uerba quibus suos errores H
defendant 46. pag. 2

Homo nutritus ex seminatis in agris, non debet dici seminatus. 36

Humanitatis Christi tota dispensatio talis extitit, de qua ini-
micorum incredulitas excrucaretur, et credentium fides
magis augmentaretur 27. pa. 2

Liberum arbitrium non auferit prouidentia diuina. 19. pa. 2 M

Manere uel non discedere quid significet iuxta vulgarem
intelligentiam 52

Manna alternabat sapore pro qualitate gustantium 71

Manducare carnem Christi carnaliter quoniam flagitiū est. 38. p. 2

Miracula non propter fideles, sed infideles fiunt. 17. pa. 2

Miracula cassates, aut Christianorum historias, aut libros ab
ecclesia receptos dannates, inimicos ecclesiae se se declarat. 68

Miracula cassare est ecclesiam auferre 68

Miracula circa eucharistiam 68. 69

Mutatio panis et uini in corpus Christi, non natura, sed
per dei uoluntatem fit 8

Mutationi huic, iuxta solitum cursum naturae, nulla ex toto

simillima occurrit mutatio 19

Quod substantialiter transmutatur in aliud, in id utiq; trahi
re solet quod non existebat prius. ibidem

Mutatio panis in hoc sacramento fit in corpus Christi quod
ante existebat ibidem

Mutatio ista quāvis abscondita sit à captu nostrae mentis, si
de tamen tenenda est, ibidem pa. 2

Mutationum quatuor genera. 23

Mutatur substantia panis & uini in Eucharistia accidentia
bus remanentibus, 71. 72. pag. 2

N In mirabilibus dei tota ratio facti, est potentia facientis. 21

Naturas rerū deū posse mutare, manifeste probatur, 7.

Natura quid sit Platoni. 7. pa. 2

Naturā defensantes hæretici uim naturæ ignorant. 7. pa. 2

Naturæ ordo non est querendus in hoc sacramēto 21

O Naturaliter ab Hilario p substantialiter accipitur. 64. pa. 2

Oculus carnis in mirabilibus huius sacramenti fallitur,
sicut in plerisq; alijs, sed hic adhibendus est oculus mentis.
Et ad hoc apta similitudo. 15. 18

Oculus carnis quem aperuit inobedientiae cibus, claudendus
est per hunc obedientiae cibum 17

Omnipotentia nō esset in deo, nisi posset omnia, 20. pa. 2

P Panis & uinum in corpus Christi & sanguinem diuina
uirtute commutantur, 24

Panes multi & multa uina si consecrentur, & ex his quis
sustentatus, nū habebit ex istis egestionem? 33

Panis sacratus an in secessu uadat uelle experiri nefas est. 34

Pastos eucharistia habuisse ex his secessum, hæretici nugau-
tur se experimento didicisse, 34

Panem sacramum auferri, aliūq; non sacramum reponi, qui
in secessum possit ire possibile est, dum huiusmodi experi-
mentum queritur, 34. pa. 2

pronomina non semper significant substantiam sine qualita-
tibus, sed nonnunquam significant qualitates, non sub-
stantiam, 48

Pronomen Hoc quid demonstret, 52 pa. 2. et 53.

Prouidentiae diuinæ non obſtit liberum arbitrium. 19. pa. 2

Sacramēta dominicæ missæ quo possūt dici panis et uinū. 53 S

Sacramenta altaris non sunt umbra tantum et figura do-
minici corporis, 60

Sacramentum hoc appellatur mysterium fidei, 17. pa. 2

Sensus interior et mentis iudicium nonnunquam fallitur,
patet in hereticis, 17

Sensus exteriores per sepe falli, manifestum est. 16. pa. 2

Specie gerere, dum edimus corpus Christi, qd significet. 54

Serpens æneus non fuit substantia Christi sed figura. 67

Transubstantiationem panis et uini in corpus Christi, T
uide supra ubi mutatio.

Verbum humanū integrū potest ad plures deriuari. 13. V

Verborum consecrationis pulchra interpretatio. 52. pa. 2

Quemadmodum non umbram prohibiti fructus primi pa-
rentes manduauerunt et ob id perierunt, ita nos non
umbram dominici corporis edimus, ut morte euadamus
et uitam consequamur. 50.

Vox una tota ad plures deriuatur, 13. et 19. pa. 2

F I N I S .

Errata in relegendō deprehensa.

- Folio. 2. pagina 2. linea. 8 à fine, expunge ab.
7. pag. 1. li. ult. expunge ut
10. pagina 2. linea 2. lege consilij sui ratione.
11. pag. 1. li. 1. à fine, lege sunt tria.
13. pag. 2. li 13. pro quam simillimus, q̄stultissimus.
17. pag. 1. linea 13. lege oblectat.
pag. 2. linea 14. lege pateret.
18. pag. 1. lin. 3. legendum puto, nedum de maximis & occul-
tis contra rationem credendum su &c.
pag. 2. linea 10. expunge non.
19. pag. 1. li. 3. nescio an legi debeat, dissipazione, distributione,
aut dispensatione.
60. pag. 1. li. 2. lege patris.
pag. 2. li. 16. quo fide uititur, uel quo fide nititur.

UVA. BHSC. IyR_249

UVA. BHSC. IyR_249

UVA. BHSC. IyR_249

Bibliothek
ly

UVA BHSC. IyR_249

Biblioteca de Santo

R 2

V. A. G. H. S. C.

18249